AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1988

M. CORNELII FRONTONIS EPISTVLAE

SCHEDIS TAM EDITIS QUAM INEDITIS

EDMUNDI HAULERI

USUS ITERUM EDIDIT

MICHAEL P. J. VAN DEN HOUT



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1988

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

ISBN 3-322-00448-1

1. Auflage
VLN 294/375/5/88 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 442 7
09800

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Hoc tibi sit munus carissima dulce Maria
annis pro demptis: iam prope lux oritur

NOVAE EDITIONIS PRAEFATIO

Post triginta annos ad Cirtensem nostrum redeo. muneribus enim scholarchae diu interclusus, quominus studia Frontoniana colerem, nunc demum vaco.

Olim iam id spectaveram, ut ineditas schedas Edmundi Hauler nanciscerer: hoc mihi tandem anno 1981 prospere successit. opera atque beneficio Werneri Hartke praesides bibliothecarum Berolinensium, quae Akademie der Wissenschaften der DDR et Staatsbibliothek Preussischer Kulturbesitz appellantur, omnes adnotationes, quas Hauler reliquerat, mihi in usum tradiderunt. quas cum acciperem, ad desperationem paene adductus sum. nam sescentae schedae et schedulae, plures libelli, exemplaria Naberiana adnotationibus ornata res magis confundunt quam explanant: plerosque locos Frontonianos Hauler saepius contulit, alias aliud legit, mixtae sunt coniecturis lectiones, est discrepantia inter ea quae publicaverat et schedas ineditas. qua de re plura in Prolegomenis. plane nunc intellego, quare discipulus Hauleri, Rudolphus Hanslik, cui inde ab anno 1957 usque ad 1980 hae schedae in manibus fuerunt ut novam editionem pararet, nihil effecerit. Bernhardus Bischoff demonstravit haud pauca accuratius, quam Hauler fecerat, e codice erui posse. attamen nolui ipsum codicem rursus inspicere: id tantum mihi propositum est, ut omnes lectiones editas ac non editas, quas post Samuelem Naber viri docti statuerunt, hac editione notas faciam. spem decepisse multos qui speraverint scio; at sorte sua contentus scit saepe *πλέον ἥμισυ παντός*.

PROLEGOMENA

1. De codicis origine et historia

Antiquorum auctorum editores raro tantum fata codicum persequi possunt, quorum nimio numero saepius impediantur. Frontonem autem qui edere vult, historiam unici codicis pertractare et quaedam memoriae tradere debere videtur de studiis eorum qui codicem scripserunt, servaverunt, rescripserunt, invenerunt.

Primum nobis statuendum est codicem epistularum Frontonis ter scriptum esse: et supra et infra scripturae exstant. supra Frontonem hodie legumus Acta Concilii Chalcedonensis, satis perspicua, infra litteras antiquissimas primus animadvertit clarus palaeographus Guilelmus Studemund[1]); qui tamen falso arbitratus est has litteras eiusdem temporis atque eiusdem manus esse ac textum Frontonianum. postea Edmundo Hauler[2]) contigit ut tria vocabula huius scripturae originalis investigaret in folio quod nunc Mediolani asservatur: *HADR FAUSTIS OMNIBUS*[3]) certoque affirmavit haec vocabula ab alia manu exarata esse atque textum Frontonis. nihil autem certi de scriptura originali dici potest neque constat an omnia folia ter scripta sint. at in membrana iam foramina erant, cum scriba textus Frontoniani opus ordiretur: eius enim scriptura his foraminibus interrupta non est.

Quis scriba fuerit et quo in scriptorio scripserit, nescimus. hoc tantum constat altera parte saeculi V eum vixisse atque, ut indicia palaeographica docent, nescio quo loco Italiae septentrionalis. sunt qui dicant codicem nostrum e privata quadam bibliotheca oriundum esse, quod autem nihil nisi mera coniectura est.[4])

---

1) Cf. E. Hauler, Ergebnis der neuen Untersuchung der Mailänder Frontoreste, Verhandl. d. 43. Versamml. d. Philol. u. Schulm. in Köln 1895, Leipzig 1896, 85. scriptis ineditis Studemundi Hauler uti potuit.

2) Ibidem.

3) Cautissime cogitat Hauler fieri posse ut hoc fragmentum quoddam sit Hadriani Imp. hac enim in pagina legere sibi visus est *explicit* quod dicitur et *incipit.* legendumne est *ominibus?*

4) Cf. A. Peyron, De Bibliotheca Bobiensi Commentatio in libro eius: M. Tulli Ciceronis Orationum fragmenta inedita, Stuttgardiae et Tubingae 1824, VII; quae Commentatio magni momenti est eis qui codices Bobienses perscrutari volunt. cf. et F. Mone, De libris palimpsestis tam Latinis quam Graecis, Diss. Heidelbergensis, Carlsruhae 1855, 18.

Quamquam nihil de origine codicis pro certo affirmari potest, tamen reliqua eius historia non plane obscura est: alia constant, alia nutant. primum nobis sententia commemoranda est eorum qui putant codicem Frontonianum una cum aliis Vivarium pervenisse, in coenobium a Cassiodoro Scylacii (hodie Squillace) conditum[1]), idque uno fere saeculo postquam scriptus est. sanctus Columbanus Hibernus cum coenobium Bobii, quod et Ebovium appellabatur (hodie Bobbio), Italiae septentrionalis conderet anno 614 vel paulo ante, ibi et bibliothecam instituit, qua nullam clariorem priscum medium aevum habuit. haud multo post haec bibliotheca magnum iam numerum codicum adepta esse videtur saeculis quinto sextoque scriptorum, et aderant scripta omnis generis et Latina et Graeca, auctorum elegantium doctorumque. exsistit haec quaestio difficilis, unde illi codices venerint. Amadei Peyron[2]) sententia est Columbanum sociosque eius ex Hibernia, Scotia, Gallia, Italia libros secum attulisse; quod quidem verum est, sed numerus eorum librorum magnus fuisse non potest.[3]) aliud protulit Franciscus Ehrle[4]): qui, cum omnes fere veterrimi Bobienses sint palimpsesti, monachos ibi promptuarium habuisse membranarum veterum quae rescriberentur existimat. contra Rudolphus Beer[5]) opinatus est fuisse Vivarium, unde codices praecolumbani orti essent. ex Cassiodori Institutionibus scimus bibliothecam Vivariensem locupletem fuisse neque Graecorum codicum expertem.[6]) cum multi sciptores a Cassiodoro commemorati etiam in veterrima collectione Bobiensi reperiantur, Beer putat magnam saltem partem

1) Quod coenobium paulo post a. 540 conditum esse videtur; cf. J. van den Besselaar, Cassiodorus Senator en zijn Variae, Nijmegen 1943, 34; at contra A. van de Vyver, Les Institutiones de Cassiodore et sa fondation à Vivarium, Revue Bén. 53, 1941, 59sqq., conditum putat demum post a. 553.

2) VIsq.

3) Cf. G. Mercati, Codices e Vaticanis selecti quam simillime expressi iussu Pii XI P. M. consilio et opera curatorum Bibliothecae Apostolicae Vaticanae, vol. XXIII: M. Tulli Ciceronis De re publica libri e codice rescripto Vaticano Latino 5757 phototypice expressi. Prolegomena de fatis bibliothecae monasterii S. Columbani Bobiensis et de codice ipso Vat. Lat. 5757, 1934, 13sq.

4) Codices e Vaticanis selecti phototypice expressi iussu Pii PP. X. consilio et opera curatorum Bibliothecae Vaticanae, vol. III: M. Cornelii Frontonis aliorumque reliquiae quae codice Vaticano 5750 rescripto continentur, Mediolani 1906, 7. hanc tam nobilem editionem assidue adhibuimus.

5) Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio, Anzeiger d. kais. Akad. d. Wiss. Wien, philos.-hist. Klasse 48, 1911, 78–104; quas observationes auctor nonnullis additis repetiit in: Monumenta palaeographica Vindobonensia, 2, Leipzig 1913, 17–26.

6) Cassiodori catalogum bibliothecae Vivariensis habes apud A. Franz, M. Aurelius Cassiodorius Senator. Ein Beitrag zur Geschichte der theologischen Literatur, Breslau 1872, 80–92 et apud R. A. B. Mynors in indice auctorum eius editionis Institutionum, Oxford 1937. rationem, qua hunc catalogum composuerunt, recte improbat P. Courcelle, Les lettres grecques en Occident, de Macrobe à Cassiodore, Paris [2]1948, 317sq.

bibliothecae Vivariensis initio saeculi septimi Bobium pervenisse. post eum alii quoque hanc sententiam corroborare conati sunt, qui commemorantes turbulenta tempora Calabriae necnon ritum Byzantinum saeculi septimi initio introductum veri simile non esse arbitrantur monachos ibi diutius deo artibusque humanis servire atque vivere potuisse.[1]) eandem sententiam palaeographicis indiciis nixus confirmabat W. Weinberger[2]), qui voluit cum omnes codices quorum singulae paginae littera capitali incipiant, tum omnes palimpsestos quibus scribendis diversorum textus auctorum adhibiti sint, Vivario oriundos esse.[3]) quod autem E. A. Lowe[4]) clarus palaeographus parum comprobavit: si illa littera capitalis codicum Vivariensium propria esset, omnes fere codices antiquissimos Vivario attribuendos esse. quo autem argumento talis opinio probaretur? attamen sententia Rudolphi Beer nullis certis argumentis firmata ab omnibus fere pro vera accepta est[5]), quia nemo

---

1) Cf. G. H. Hörle, Frühmittelalterliche Mönchs- und Klerikerbildung in Italien vom 6. bis zum 9. Jahrhundert, Freiburg i. B. 1914, 9sqq.; F. Milkau, Zu Cassiodor, in: Von Büchern und Bibliotheken, Festschrift E. Kuhnert, Berlin 1928, 15; A. van de Vyver, Cassiodore et son œuvre, Speculum 6, 1931, 283sq.

2) Bibliographie der lateinischen Buchschrift (bis 1050) 1911–1922, in: Palaeographica Latina II, ed. by W. M. Lindsay, Oxford 1923, 82 et imprimis in: Handschriften von Vivarium, Miscellanea Francesco Ehrle 4, Roma 1924, 75–88.

3) Maiora volumina Vivariensis bibliothecae non conglutinata membranave vestita, sed funibus tantum folia constricta fuisse Weinberger asseverat.

4) Some facts about our oldest manuscripts, Class. Quart. 19, 1925, 197–208; More facts about our oldest manuscripts, ibid. 22, 1928, 41–62. enumerat quadraginta codices antiquissimos, quorum fere omnium paginas littera capitali incipere apparet.

5) Praeter eos quos in notis 1 et 2 huius paginae indicavi, Rudolphum Beer secuti sunt hi: W. Weinberger, Berl. philol. Wochenschr. 31, 1911, 1627sq.; P. Lejay, Bobbio et la bibliothèque de Cassiodore, Bull. d'anc. litt. et d'archéol. chrét. 3, 1913, 265–269; P. Lehmann, Cassiodorstudien, Philol. 74, 1917, 351 (at dubitat in: Eine Palimpseststudie, Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Abt. 1931, 1, 13 et 28); L. Schiaparelli, Note paleografiche, Arch. stor. ital. 74, 1917, 117, 1; J. L. Heiberg, Bobbio, Nordisk Tidskr. f. Bok- och Biblioteksväsen 5, 1918, 128–131; S. Tafel – W. M. Lindsay, Palaeographia Latina 2, Oxford 1923, 69; A. Gallo, Le biblioteche della Calabria e della Basilicata, Accademie e Biblioteche d'Italia 4, 1931, 502; E. Rostagno, Il codice Mediceo di Virgilio, Roma 1931, 15; 55sq.; M. Esposito, The ancient Bobbio Catalogue, Journ. of Theol. Stud. 32, 1931, 342; L. Cougaud, Christianity in Celtic Lands, London 1932, 307; H. Thiele, Cassiodor, seine Klostergründung Vivarium und sein Nachwirken im Mittelalter, Studien u. Mitteil. z. Geschichte d. Benediktiner-Ordens u. seiner Zweige 50, 1932, 394sq.; G. Pasquali, Storia della tradizione e critica del testo, Firenze 1934 (^{2}1952), 165; L. Bieler, Wien. Stud. 54, 1936, 131sq.; H. Gomoll, Zu Cassiodors Bibliothek und ihrem Verhältniss zu Bobbio, Zentralblatt f. Bibl.-wesen 53, 1936, 185sq.; ante Mercati nonnisi A. Wilmart, Rech. de sciences relig. 10, 1919, 65, 4 et E. A. Lowe, Rev. Bén. 36, 1924, 274 et Lehmann (cf. supra) de veritate opinionis Beerianae, quod sciam, dubitaverunt. e posterioribus Mercatio assentiuntur J. Westfall Thompson, The Medieval Library, Chicago 1939, 42sqq.; P. Courcelle 343sq.; J. de Ghellinck, Patristique et Moyen Age II, Introduction et compléments à l'étude de la patristique, Bruxelles–Paris 1947, 270sqq.; A. Siegmund, Die Überlieferung der

satis explanare poterat, quomodo codices Vivarienses ex oculis elapsi sint et quomodo tot nobiles libri Bobium pervenerint. anno autem 1934 Ioannes Mercati in libro magnifico De fatis bibliothecae monasterii S. Columbani[1]) demonstravit haud veri simile esse initio saeculi septimi universos codices Vivarienses Bobium migravisse; floruit enim coenobium Vivarii saltem usque ad a. 598, uti ex epistula Gregorii Magni apparet.[2]) praeterea quis credat monachos Bruttios Longobardiam Arianam aut Hibernum coenobium modo conditum libris suis pretiosis donavisse? inviti vero si thesauros suos tradiderunt, vix credibile est feroces Longobardos omnia populantes, quibus appropinquantibus in castellum Scylacii monachi se receperant[3]), ipsos codices antiquos, cum cetera omnia vastarent, Bobium secum duxisse. et ritum Byzantinum non ante a. fere 700 in Italiam meridionalem introductum esse nunc satis constat. quibus ita constitutis Mercati putat bibliothecam Vivariensem perisse saeculis sequentibus regioni tam funestis et Bobium ex sua vicinitate codices accepisse.

Est profecto veri simile antiquissimos codices Bobienses in Italia septentrionali exaratos asservatosque esse[4]), sed restat quaestio, num supersint vestigia codicum Vivariensium. quam solvit P. Courcelle qui egregie de bibliotheca Cassiodori egit[5]): constat enim Cassiodorum eiusque successores Papas compluribus codicibus donavisse. sic Pelagius II (579–590) Codicem encyclium possidebat et Gregorius Magnus (590–604) Historiam tripartitam ab Epiphanio iussu Cassiodori conversam.[6]) eidem Petro Courcelle contigit ut sex codices reperiret, qui Vivario in Lateranum Paparum venerant, unde saeculis septimo, octavo, nono dispersi sunt.[7]) itaque vix dubium esse videtur, quin Lateranum in Vivariensibus diffundendis primas partes egerit. dispersio bibliothecae Cassiodorianae propterea magni momenti est, quod codex quoque Frontonis unus e Bobiensibus praecolumbanis est, uti postea videbimus. Hauler[8]), cognitor ille Frontonis, cum Rudolpho Beer[9]) putabat nostrum

---

griechischen christlichen Literatur in der lateinischen Kirche bis zum zwölften Jahrhundert, München 1949, 20, 1; K. Büchner, Geschichte der Textüberlieferung der antiken und mittelalterlichen Literatur I, Zürich 1961, 368sq. Hauler cum ceteris erravit: cf. infra.

1) 14sqq.

2) Registr. VIII 32 (Mon. Germ. Hist. II 33sq.).

3) Cf. I. Schuster, Come finì la biblioteca di Cassiodoro, La scuola cattol. 1942, 408–414.

4) Cf. Adriana della Casa, Arusianus Messius, Exempla elocutionum, Milano 1977, 22.

5) Les lettres grecques 342–388.

6) Courcelle 362sqq.; 381.

7) Courcelle 356sqq.

8) Wien. Stud. 34, 1912, 254; 47, 1929, 174.

9) Bemerkungen 87sq.; Monumenta 20.

quoque codicem una cum aliis Vivario Bobium translatum esse, sed lectis libris cardinalis Mercati et Petri Courcelle nemo iam credet initio saeculi septimi totam bibliothecam Vivarii Bobium pervenisse neque est cur credamus Frontoni nostro contigisse ut de manu Papae in manus monachorum Columbani traderetur: cui enim Papae talis auctor paganus cordi esse posset? praeterea nusquam apparet Cassiodorum umquam textum Frontonianum habuisse vel legisse[1]); nonnisi in Chronico eius nomen Frontonis invenitur.[2]) quae autem mentio omni vi caret, quoniam ex Hieronymo hausta est.[3]) saeculis igitur quinto, sexto, septimo historia codicis nostri est obscurissima; quod autem exeunte saeculo septimo rescriptus est, nobis indicare videtur qua in regione tum temporis fuerit.

Sub annum 700[4]) tres manus dispares translationem Lati-

1) Mai in edit. Frontonis ann. 1846 ad p. 192, 11 sq. huius editionis adnotavit locum simillimum esse Cassiodori Var. VIII 31 (cf. et Hauler, Wien. Stud. 52, 1934, 161); sed haec verba non e Frontone deprompta sunt: cf. J. van den Besselaar, Cassiodorus 188, 1, neque est cur credamus cum Edmundo Hauler, Wien. Stud. 34, 1912, 253 sq., notam marginalem 154, 21 sq. ad Cassiodori studia grammatica revocandam esse; cf. infra p. XXXVI adn. 2.

2) Chron. ad ann. 164, Chron. Min. ed. Th. Mommsen (Mon. Germ. Hist. II) 143 = Testim. 60.

3) Cf. J. van den Besselaar, Cassiodorus 188; P. Courcelle, Les lettres grecques 346 sqq.

4) A. Olgiato (cf. infra p. XXI) scripturam Actorum eiusdem fere temporis putabat atque ipsum Concilium Chalcedonense, id est saec. quinti; A. Mai, M. Tullii Ciceronis trium orationum in Clodium et Curionem, de aere alieno Milonis, de rege Alexandrino fragmenta inedita; item ad tres praedictas orationes et ad alias Tullianas quattuor editas commentarius ineditus, qui videtur Asconii Pediani, scholia insuper antiqua et inedita, quae videntur excerpta e commentario deperdito eiusdem Asconii Pediani ad alias rursus quattuor Ciceronis editas orationes, Mediolani 1814, V et in: Scriptorum Veterum nova Collectio III, Romae 1828, pars 2, 186, Acta octavo saec. attribuit; postea vero, cum Niebuhr in edit. Frontonis (XXXIV n. 3) ea recentiora esse affirmavisset, in edit. Frontoniana ann. 1846 (XVII) paulo ante saec. decimum scripta esse contendit. eidem saec. nono attribuit H. F. Massmann, Skeireins aiwaggeljons þairh Johannen. Auslegung des Evangelii Johannis in gothischer Sprache, München 1834, 55. – L. Bethmann, Nachrichten über die von ihm für die Monumenta Germaniae Historica benützten Sammlungen von Handschriften und Urkunden Italiens, aus dem Jahre 1854, Archiv d. Gesellsch. f. ältere deutsche Geschichtskunde 12, 1874, 251 sq., alteram partem eorundem Actorum, Vaticanam, saec. septimo vel octavo attribuit, alteram vero, Ambrosianam, p. 613 saec. sexto vel septimo; postea idem Bethmann, Monum. Germ. Hist., Script. rerum Langobard. et Italic. saec. VI–IX, Hannoverae 1878, 189 partem Ambrosianam sexto saec. attribuendam putavit. – Acta saeculo VII–VIII attribuerunt hi: A. Reifferscheid, Die römischen Bibliotheken, Sitz.-Ber. d. kais. Akad. d. Wiss. Wien, Philos.-hist. Classe 63, 1869, 618 (= Bibliotheca Patrum Latinorum Italica, Wien 1865, 466) et in: Die Ambrosianische Bibliothek in Mailand, Sitz.-Ber. ibid. 67, 1871, 486 (= Biblioth. Patrum Lat. It. II, Wien 1871, 22); C. Zangemeister et G. Wattenbach, Exempla codicum Latinorum litteris maiusculis scriptorum, Heidelberg 1876, tab. XXXI; O. Seebass, Handschriften von Bobbio in der Vatikanischen und Ambrosianischen Bibliothek, Centralbl. f. Bibliotheksw. 13, 1896, 60; E. Dietrich, Die Bruchstücke der Skeireins, Straßburg 1903, XII; Ehrle, Codices

nam[1]) Actorum Concilii Oecumenici anno 451 Chalcedone habiti scripserunt adhibentes folia erasa complurium codicum non integrorum. praeter epistulas Frontonis sunt hi: scholia quae vocantur Bobiensia ad Ciceronem[2]), Skeireins Gothice scripta[3]), fragmenta Latina tractatuum Arianorum[4]), fragmentum Ascensionis Isaiae[5]), pars Panegyrici Plinii[6]), unum folium Persii[7]), item unum Iuvenalis[8]), fragmenta orationum Symmachi.[9]) Ehrle[10]) putabat has tres manus aut saltem duas priores in

---

e Vaticanis selecti III, 20; F. Ehrle et P. Liebaert, Specimina codicum Latinorum Vaticanorum, Berolini – Lipsiae ²1927, tab. 5a; Schiaparelli, Note 35, 1; E. A. Lowe, A Hand-list of half-uncial manuscripts, in: Miscell. Francesco Ehrle IV, Roma 1924, 44; E. Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 174. saec. septimo Acta ascripserunt F. A. Eckstein, Fronto, in: Ersch u. Grubers Encyclopädie I. Sect. 51. Teil, 445; E. Chatelain, Les palimpsestes latins, Ecole pratique des Hautes Etudes 1904, Paris 1903, 11; Ed. Schwartz, Acta Conciliorum Oecumenicorum II, vol. III pars 1, Berolini – Lipsiae 1935, VIIII; B. Bischoff, Der Fronto-Palimpsest der Mauriner, Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. d. Wiss., philos.-hist. Kl. 1958, Heft 2, 4. alteri parti saec. septimi attribuit E. A. Lowe, Codices Latini Antiquiores, Part I: The Vatican City, Oxford 1934, tab. 26. postremis demum annis huius saeculi Acta scripta esse infra demonstrare conabor.

1) De meritis huius translationis cf. A. Mai, De pervetere interpretatione Latina concilii prioris Chalcedonensis, sub qua latuerunt Symmachus et Fronto atque alia veterum scripta inedita: deque aliquot insignioribus interpretationibus eiusdem codicis, appendix I, in: Iuris civilis anteiustinianei reliquiae ineditae ex codice rescripto Bibliothecae Pontificae Vaticanae, Romae 1823, 141 – 152; cf. et A. Siegmund, Die Überlieferung 150sqq.

2) Cf. Scholia in Ciceronis orationes Bobiensia ed. P. Hildebrandt, Lipsiae 1907, et: Ciceronis Orationum Scholiastae rec. Th. Stangl, Vindobonae – Lipsiae 1912.

3) Explanationes Evangelii S. Iohannis Gothice scriptas primus Skeireins appellavit H. F. Massmann; post eum eas ediderunt praeter Dietrich: E. A. Kock, Die Skeireins, Lund – Leipzig 1913, et W. Streitberg, Die gothische Bibel, Heidelberg ²1919; Streitberg vero erravit dicens Skeireins sub Frontone latere, cf. M. P. J. van den Hout, Gothic Palimpsests of Bobbio, Scriptorium 6, 1952, 91 – 93.

4) Haec fragmenta invenies apud A. Mai, Scriptorum veterum nova collectio III 2, Romae 1828, 208 – 237, unde Migne, PL XIII 593 – 632 repetiit; nonnulla fragmenta accuratius edidit G. Mercati, Antiche reliquie liturgiche Ambrosiane e Romane con un Excursus sui frammenti dogmatici Ariani del Mai, Roma 1903, 45 – 71. eos qui postea de fragmentis scripserunt enumerat E. Dekkers, Clavis Patrum Latinorum, Sacris Erudiri 3, 1951, nr. 705.

5) Cf. A. Mai, Script. vet. nova coll. III 238 – 239; R. H. Charles, The Ascension of Isaiah, London 1900, XVIIIsq.; E. Tisserant, Ascension d'Isaie, Paris 1909, 36sqq.

6) Paneg. 78, 4 – 80, 3; cf. W. A. Baehrens, Panegyricorum Latinorum editionis novae praefatio maior. Accedit Plinii Panegyricus exemplar editionis, Groningae 1910, 18sq.; 35; M. Schuster, Plinius Minor, Opera, Lipsiae 1933, XIII; 375; falso Schuster fragmentum saec. VII – VIII attribuit.

7) Pers. 1, 53 – 104; cf. G. Goetz, Iuvenalis et Persii fragmenta Bobiensia, Index schol. aestiv. Ienae 1884.

8) Iuv. 14, 324 – 15, 43; cf. Goetz, et U. Knoche, Handschriftliche Grundlagen des Juvenaltextes, Philol. Suppl. Bd. 33, 1, 1940, 4; 38.

9) Cf. Q. Aurelii Symmachi quae supersunt ed. O. Seeck, Berolini 1883, VIII.

10) Codices e Vaticanis selecti III, 20.

scribendo socias fuisse, sed Lowe[1]) rectius vidit unam manum primo Acta scripsisse, mox, cum codex aliquid detrimenti cepisset, duas alias paulo recentiores nonnullis foliis novis usas esse, quibus item rescriptis codicem resarcirent. ita prima manus semiuncialis longe maximam partem scripsit, hasce nempe paginas codicis qui est nunc Vaticanus Latinus 5750: 1–4; 13–56; 79–190; 211–274 itemque codicis qui est nunc Ambrosianus E 147 sup. paginas 1–16; 33–52; 55–76; 81–110; 117–196; 213–282; 287–308; 311–356; 373–436; 443–445. prima manus nonnisi foliis codicis Frontonis et Scholiorum Bobiensium usa est; secunda[2]), item semiuncialis et primae aequalis, has paginas scripsit: Vat. 5750: 12; 57–58; 191–210; 275–286 et Ambros. E 147: 17–32; 53–54; 77–80; 111–113; 197–212; 283–286; 309–310; 357–372; 437–440; 447–452. tertia manus duo tantum bifolia addidit: Vat. p. 5–12, quarum ultimam (12) vacuam reliquit; tum secunda manus hanc pag. 12 complevit. tota res satis tortuosa est nihilque indicat tres manus opus inter se partitas esse.[3]) nam prima manus, ut iam diximus, longe aliis foliis utitur atque secunda et tertia; praeterea neque novum argumentum Actorum neque novus quaternio alium librarium induxit ut suum opus susciperet. manus, quam tertiam appellamus, re vera, si temporis ordinem observamus, secunda fuisse potest; haec enim manus fortasse in quinta pagina Vaticani codicis litteris minusculis scribere exorsa est, quibus autem non placentibus res semiuncialibus absoluta est, eadem nempe scriptura qua etiam prima manus usa erat. id ipsum, quod manus minuscula tam inconstanter scripserat, causa scripturae immutandae fuisse potest. at in rebus tam dubiis hoc saltem certum est, manum primam aetate haud multo priorem esse quam ceteras: sunt enim alterius partis saeculi septimi.

Uterque codex, quo manus prima usa est ad rescribendum, saeculi quinti est.[4]) cum autem iam sub annum 700 nonnulla folia nescio qua causa, uti supra memoravimus, supplenda essent, certo affirmare possumus eo tempore Frontoniana quoque folia periisse frustraque igitur viri docti sperarunt fore uti reperirentur.[5]) sed et alia folia Frontoniana in

---

1) Codices Latini, ad tab. 26a.

2) Scriptura manus, quam secundam appellamus, minus bene figurata est et haud sibi constans, unde Lowe, Codices Latini ad tab. 26b, putavit complures fuisse librarios qui hanc partem scripserint; quae inconstantia et aliter explicari potest, cf. infra.

3) De talibus indiciis cf. W. M. Lindsay, Collectanea varia, in: Palaeographia Latina II, Oxford 1923, 26sqq.

4) Cf. codicis Frontoniani descriptionem infra; de Scholiis Bobiensibus cf. Hildebrandt, Scholia Bobiensia, XVIII–XX.

5) Speraverunt Mai et Naber, quippe qui diversitatem manuum Actorum neglexerint: cf. Mai in edit. secunda XI et Naber edit. XI, et R. Ellis, On Fronto, Journ. of Philol. 1, 1868, 15. de codicibus Bobiensibus postea dispersis cf. L. Traube, Vor-

omne tempus perierunt; nam cum manus prima ad Frontonem scholiaque Bobiensia rescribenda aggrederetur, neuter codex integer erat, uti infra demonstrabimus:[1]) nonnisi codicum reliquiis usa est atque ita, ut modo aliquot folia Frontonis, modo Scholiastae rescriberet, sine ullo ordine aut constantia.

At quaestio remanet, ubinam codex Frontonianus rescriptus sit. saeculo XV, ut infra videbimus, codex Actorum Bobii erat. unde viri docti tacite consentiunt atque etiam praedicant ibi quoque codicem saeculo VII rescriptum esse, nimis festinanter, ut ego quidem opinor. sunt enim nonnullae res quae nos alio ducant:

1° in scriptura Actorum nihil apparet quod ei scripturae, quae insularis appellatur, proprium est; quod tamen exspectaveris in codice coenobii Columbani Hiberni, ubi usque ad saeculum decimum imprimis talis scriptura viguit.[2]) manus autem secunda Actorum habet vestigia Veronensia, ut iam Lowe[3]) vidit; itaque Veronae fortasse codicem rescriptum esse dici potest. et de prima et de tertia manu, de correctionibus vocabulisque postea insertis hoc tantum constat, eas omnes originem ducere ex Italia septentrionali saeculoque septimo attribuendas esse praeter unam adnotationem in pag. 13 codicis Vaticani a Lowe inventam[4]); quae adnotatio saeculo octavo per conpendium scripta minuscula Hiberna esse videtur. satisne concludi potest eodem saeculo Acta Bobium pervenisse?

2° in pag. 113 partis Ambrosianae manus prima hisce verbis finem facit: *expl. prima cognitio calcidonensis sci concilii. inc. secunda.*[5])

---

lesungen und Abhandlungen I, München 1909, 99. fragmentorum auctorum, quos Mai sub Actis legerat, novae partes nusquam postea inventae sunt neque tale quid factum esse haec verba, quae Hauler, Wien. Stud. 34, 1912, 258 scripsit, volunt: 'ein (aus dem grossen rednerischen Bruchstück über die in den Provinzen abgefassten Testamente [p. 10, 14sqq.]) verloren geglaubter Bruchteil, der von Mai nicht verwertet worden war, hat sich erst jüngst wiedergefunden', nam hanc partem Hauler in Ambros. pag. 66 legit. vix memoratu dignum est quod E. Brentano, De C. Sallustii Crispi codicibus recensendis, Frankfurt 1864, 24sq., excogitavit: putabat enim extremo Medio Aevo alium codicem Frontonis extitisse, ex quo codices posteriores Sallustiani *neque muniebantur* (Sall. Iug. 44, 5 et Fronto p. 99, 17sq.) descripsissent. sed traditionem textus Sallustii haud recte vidit, cf. R. Zimmermann, Der Sallusttext im Altertum, München 1929, 64, 16.

1) Cf. p. XXVII.

2) Cf. W. M. Lindsay, The Bobbio Scriptorium. Its early minuscule abbreviations, Zentralbl. f. Bibliotheksw. 26, 1909, 293–306; Schiaparelli, Note 35, 1; Thompson, The Medieval Library 45. inspicere non licuit P. Collura, Studi paleografici. La precarolina e la carolina a Bobbio, Milano 1943. notas Tironianas, quae in codice Actorum leguntur, solvere periti non potuerunt, cf. A. Cacurri, La tachigrafia latina del cod. Vat. Lat. 5750, Roma 1908, quem libellum non vidi; A. Mentz, Beiträge zu den Tironischen Noten, Archiv f. Urkundenforsch. 11, 1929, 169.

3) Codices Latini Antiquiores ad tab. 26b.

4) Ibid. ad tab. 26a.

5) Cf. Reifferscheid, Die Ambrosianische Bibliothek 487 (= Bibliotheca Patrum II 23).

sequentes paginas 114–116 librarii Actorum vacuas reliquerunt, manus autem quaedam minuscula in pag. 114 (folio verso) scripsit carmen in Synodum Papiensem (id est Ticinensem) anno 698 habitam ad controversias theologicas Lombardiae componendas.[1]) quod carmen Cunincperto regi Longobardorum (688–700) dedicatum in pag. 116 continuatur finemque habet pagina 115 praetermissa. memoratu dignum videtur idem carmen alio quoque loco eodem modo miro tradi[2]): librarius qui rescripsit palimpsestum Ambros. C 105 inf., qui nunc habet librum Ambrosii De historia Iosephi, totam fere paginam 239 huius codicis vacuam reliquit et in hac pagina manus minuscula nostrae haud dissimilis eundem rhythmum, uti vocant, scripsit, cuius hos versus affero[3]):

Fontis labacro recepere simile,
nobiscum simul Trinitatem credere
Aquiligenses dissedentes synodum
quinta, qui totus concordat cum quarta,
una tempnentes rei facti omnium.

Fides ut esset in tota Hesperia
coadunata, advocari praecepit (sc. Cunincpertus)
Aquiligenses urbi ubi resedet,
Ticino dicta ab amne qui confluet
propriam gerens Papia vocabolum.

Aulam ingressi ortodoxi pariter,
adversus prabos coeperunt contendere
libros legentes sancitos a patribus,
Pauli et Pyrri detegentes heresem,
Theodori, Hibae simulque Theodoriti.

tum sub finem:

Mihi ignosce, rex, quaesu, piissime,
tua qui iussa nequivi, ut condecet,
pangere ore styloque contexere
recte ut valent edissere medrici
scripsi per prosam ut oratiunculam.

apparet rhythmum anno 698 vel saltem ante 700, quo anno Cunincpertus mortuus est, scriptum esse. cum et in Ambrosiano nostro E 147 sup. et in Ambrosiano C 105 inf. post finem libri aliquantum spatii vacuum relin-

---

1) Aquileiae hanc synodum habitam esse contendit Paulus Diaconus, Hist. Langob. VI 14, sed cum Beda errare videtur, cf. W. Meyer, Die Spaltung des Patriarchats Aquileia, Abh. d. königl. Gesellsch. d. Wiss. Göttingen, Phil.-hist. Kl., Bd. 2 nr. 6, 1898, 4sqq.

2) Cf. Reifferscheid, Ambr. Bibliothek 473 (= Bibl. Patrum II 9).

3) Orthographiam servo ita ut est in cod. Ambr. E 147 sup. poema ediderunt praeter alios Reifferscheid (vide notam praecedentem) et L. Bethmann, Mon. Germ. Hist., Script. rer. Langob. et Ital. saec. VI–IX, Hannoverae 1878, 189–191; acrostichon est: sstteeffaannuuss mmg (Stefanus magister). quod C. Cipolla, Codice diplomatico di S. Columbano I, Roma 1918, 116sq. hoc de rhythmo scripsit, non vidi. Stefani rhythmus est nr. 1540 Clavis Patrum Latinorum.

quatur[1]), ut rhythmus insereretur, non dubium videtur quin hoc consulto factum sit, idque eo tempore ac eo loco, quo animi tali carmine occupati erant, Ticini scilicet vel eius in vicinia. ibi enim synodus habita est, ibi Cunincpertus sedem regni habebat. haud fortuito igitur rhythmus, quem Stefanus quidam condiderat, in codicem Actorum illatus esse videtur; nam saeculo septimo controversia theologica acris erat in Italia septentrionali, imprimis Aquileiae Mediolanique. haeresim Pauli Pyrrhique commemorans Stefanus eos patriarchas Constantinopolitanos dicit quos monotheletis favisse scimus; Theodorum vero Mopsuestenum, Ibam Ephesium, Theodoretum Cyreum nominans indicat quaestionem de Tribus Capitulis. et haec quaestio et monotheletismus artissime cum monophysitismo cohaerent vel, ut eiusdem Stefani verbis utar, *synodus quinta qui totus concordat cum quarta.* synodus quinta est concilium oecumenicum Constantinopolitanum anni 553 et quarta est concilium Chalcedonense anni 451, cuius acta codex noster continet. sic manifeste apparet, quare sub finem saeculi septimi in Italia septentrionali versio Latina horum Actorum transscripta sit, nempe ut studiis prodesset theologorum eius temporis.[2])

3° ad Acta scribenda librarii non solum codicibus classicorum scriptorum usi sunt, sed etiam Arianorum, Skeireins et fragmenta theologica Latina dico. vix veri simile est coenobium orthodoxum Bobiense umquam textus Arianos habuisse. praeterea Skeireins Gothice scripta sunt, cuius linguae monachi Bobienses imperiti erant.[3]) at contra Ticinum, sedes Langobardorum, sine dubio bibliothecas habuit in quibus fuerunt libri Gothici Arianique. eodem autem saeculo septimo Langobardi ab Arianismo discedentes catholici facti sunt: quae res effecisse videtur ut omnes libros heterodoxos e bibliothecis removerint rescripserintque. non ignoro hoc argumentum nostrum satis infirmum esse, quoniam fieri potuit, ut libri heterodoxi scriptorio Bobiensi eo consilio commissi sint,

---

1) In Ambros. C 105 inf. spatium vacuum relictum est post finem libri tertii Ambrosii.

2) Quare Ambrosii libro carmen Stefani insertum sit, non intellego neque praeterire volo quod A. R. Natale, Influenze merovingiche e studi calligrafici nello Scriptorium di Bobbio, Miscell. G. Galbiati, Milano 1950, putat codicem Ambros. C 105 inf. Bobii scriptum esse.

3) Ante unum fere saeculum G. L. Kraft, De fontibus Ulfilae Arianismi ex fragmentis Bobiensibus erutis, Bonnae 1860, contendit Columbanum eiusque successores libros Arianos collegisse, ut ipsi libellos contra hanc haeresim componerent. quod cum nullis argumentis firmaretur neque exstent tales libelli anti-Ariani, tamen nonnulli eum secuti sunt; vide J. Jung, Bobbio, Veleia, Bardi. Topographisch-historische Excurse, Mittheil. d. Instit. f. oesterr. Geschichtsforschung 20, 1890, 533sq.; E. Dietrich, Die Bruchstücke der Skeireins XI; W. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter bis zur Mitte des dreizehnten Jahrhunderts I[7], Stuttgart – Berlin 1904, 131sq.; M. van den Hout, Scriptorium 6, 1952, 92.

ut rescriberentur. sed utroque modo codicem Frontonianum — id enim imprimis demonstrare conamur — Ticino Bobium pervenisse veri simile est.[1])

4° exstant complures catalogi bibliothecae Bobiensis, quorum antiquissimus saeculo decimo compositus videtur.[2]) hoc in catalogo Acta nostra non reperies. quod autem completus non est — initio enim complures tituli desunt — propterea magni momenti non est, quia id initium nonnisi libros sacros et liturgicos habuisse videtur. confiteri vero debeo hunc catalogum etiam eo tempore quo completus erat non omnes codices qui tum Bobii erant enumeravisse.

5° gravissimum argumentum contra eos qui codicem nostrum Bobii rescriptum esse putant est hoc: medio saeculo XV monachi Patavini congregationis Sanctae Iustinae de observantia, uti vocantur, dignitatem coenobii Bobiensis omnino prolapsam restituere conati sunt.[3]) tunc a. 1461 novus index librorum conscriptus est qui ita orditur[4]): *Incipit Inventarium Librorum Monasterii S. Columbani de Bobio quod renovatum fuit in 1461.* [*de voluntate D. Antonii de Placentia tunc Abbatis per do-*

---

1) De commercio quod coenobium cum Ticino habebat cf. J. Jung 529. iam Mercati, Codices e Vaticanis selecti XXIII, 19 putabat monachos Bobienses codices suos ab urbibus Italiae septentrionalis accepisse, Verona, Ticino, Mediolano, Aquileia. eiusdem operis pag. 206 viri doctissimi sententia est codicem Frontonianum ceterosque libros, quibus scriba Actorum usus est, una cum Vatic. 5757 (id est Ciceronis De re publica) Bobium perlatos esse; Mercati igitur quoque existimat Acta Bobii scripta esse, et revera est consensus omnium doctorum: Hörle, Klerikerbildung 57, qui id quoque contendit, Stefanum carmen suum Bobii composuisse; L. Traube, Nomina sacra. Versuch einer Geschichte der christlichen Kürzung, Leipzig ²1908, 271, 8; cf. van den Hout 92. memoratu dignum est quod de fragmentis Arianis codicis nostri scripsit H. Boehmer-Romund, Der litterarische Nachlaß des Wulfila, Zeitschr. f. wiss. Theologie 46, 1903, 405: 'Die Schriften des Bobbienser Fragmentisten sind in demselben Bobbienser Palimpsest überliefert wie die gotischen Skeireins. Das ist sicher nicht zufällig. Man muß vielmehr daraus erschliessen, daß oberitalische Goten diese Schriften abgeschrieben oder doch benutzt haben.'

2) Codex manuscriptus huius catalogi periit; invenit ediditque L. A. Muratori, Antiquitates Italicae Medii Aevi sive Dissertationes de moribus, ritibus etc. III, Mediolani 1740, 817sqq. (= Opera Omnia VII, Arretii 1755, 493sqq.); iterum edidit G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui, Bonnae 1885, 64sqq. hoc de catalogo vide F. Blume, Iter Italicum I, Berlin – Stettin 1824, 56sq.; Bethmann, Nachrichten 605; Th. Gottlieb, Über Handschriften aus Bobbio, Centralbl. f. Bibliotheksw. 4, 1887, 442sq. et Über mittelalterliche Bibliotheken, Leipzig 1890, 183; Ehrle, Codices e Vaticanis selecti III, 5, 2; Heiberg, Bobbio 118sqq.; Esposito, Catalogue 337sqq.; Mercati 26sqq.; Thompson, Medieval Library 159sqq.

3) Cf. Mercati 55sqq.

4) Catalogus manuscriptus exstat in capsula F IV 29 Bibliothecae Nationalis Taurinatis; invenit ediditque A. Peyron, Commentatio I sqq.; cf. etiam Becker, Catalogi 300 nr. 291; Gottlieb, Handschriften aus Bobbio 442sqq. et Mittelalterliche Bibliotheken 183; Seebass, Handschriften von Bobbio 78; A. Ratti, Le ultime vicende della biblioteca e dell'archivio di S. Columbano, Milano 1901, 41sqq.; Heiberg, Bobbio 132sqq.; Mercati, Codices 55sqq.; Thompson, Medieval Library 523.

minum Christoforum de Valsassina patrem claustralem dicti monasterii].[1]) et ex vocabulo *renovatum*, quod ad *inventarium* refert, et ex aliis indiciis intellegimus hunc catalogum ex vetustiore originem duxisse. in serie prima Inventarii sub numero 135 codicem nostrum ita descriptum invenimus[2]):

Sinodus Calcedonensis in quo continentur actiones xiiil. incomplete et primo. Epistole XXXV. ad diversos directe pro ipsa sinodo celebranda.[3]) *in littera longobarda.*[4]) *satis magni vol. asser.*[5])

maximi momenti sunt verba *incomplete et primo*: si vox *primo* idem valet ac 'initio', hoc intellegi vult Christoforus, Acta iam eo tempore incompleta fuisse, quo Bobium pervenerint, neque ibi scripta esse. sed etiam si *primo* significaret 'primo inventario', haud dubium videtur quin alibi scripta sint. moneo fieri non posse ut id Christoforus voluerit, prima folia Actorum perisse, nam eo tempore non solum prima, sed etiam extrema folia deerant. praeterea cur *et* adderet?

In bibliotheca Bobiensi denuo constituenda monachi Patavini aut eorum adiutores in singulis primis foliis codicum indicaverunt librum coenobii Bobiensis esse[6]), et ita in Actis: prima in pagina codicis qui nunc est Vat. 5750 hoc scriptum invenimus: *Liber sc̃ti 135 columbani de bobio*, ubi numerus lectorem revocat ad Inventarium novum.

Monasterio eiusque bibliothecae haud diu ordine restituto frui licuit: saeculo exeunte rursus bibliothecae parum consulebatur. ruinam autem non solum neglegentia monachorum duxit, sed et nimium studium humanistarum, qui hoc tempore Bobium reppererunt verum thesaurum scriptorum veterum. hoc enim nostra de bibliotheca dicit Raphael Maffei Volaterranus[7]): *Hic Anno .M. cccclxxxxiii*[8]) *huiuscemodi libri*

---

1) Verba uncis saepta postea erasa sunt, quo factum est ut Peyron *de Valsassina* legere non potuerit; cf. Mercati 60.

2) Cf. Peyron, Commentatio 38; Gottlieb, Handschriften aus Bobbio 451; Chatelain, Les palimpsestes latins 10.

3) Ipsas actiones Synodi praecedunt 35 epistulae numeris notatae ad Synodum spectantes.

4) Id est scriptura de qua supra locuti sumus.

5) *Satis magni voluminis* id indicat quod hodie *folio* appellamus; *asser*(*es*) significat 'inter asseres compactus'; cf. Peyron XXXIV.

6) Cf. Mercati, Codices e Vaticanis selecti XXIII, 56sqq.; Peyron, Commentatio XXXIII; Mai in ed. Frontonis a. 1823 existimabant has inscriptiones saec. X aut XI esse attribuendas.

7) Raphael Volaterranus, Commentariorum Urbanorum li. XXXVIII, Romae 1506, Lib. IV fol. LVI^r.

8) Ita recte editio princeps Commentariorum; editiones posteriores (a. 1530 et 1603) habent *MCCCCLXXXXIIII*, quo errore typographico nonnulli historici decepti sunt; cf. F. Blume, Iter Italicum 59sqq. et Erläuterungen zu den Schriften der römischen Feldmesser, Berlin 1852, 11; A. W. Zumpt, Rutili Claudii Namatiani de reditu suo libri duo, Berolini 1840, IV; Luc. Müller, Claudii Rutilii Namatiani de

reperti sunt ... (sequuntur complura nomina) ... *Corneli Frontonis elegantie latine* ... (sequuntur aliorum nomina) .. *quorum bona pars his annis proximis a meo Municipe Thoma Phaedro*[1]) *bonarum artium professore est adducta in urbem.* Georgio Galbiato, praeclari Georgii Merulae adiutori, contigit ut libros de quibus Raphael Volaterranus loquitur inveniret. eosdem libros iam brevi ante Volaterranum memoraverat Jacobus Aurelius Questenberg[2]) hisce verbis: *Index librorum repertorum nuper Mediolani ductu et auspiciis Georgii Merulae ... Cornelii Frontonis nostrae elocutionis observationis ex ordine litterarum de IIII*[or] *scriptoribus sumptae, quibus elegantia latina attributa est.* imprimis grammatici agrimensoresque in lucem prolati et transscripti sunt; Acta nostra humanistae ne aspexerunt quidem, ita ut et Frontonis epistulae laterent. librum Elegantias Latinas suo Marte Volaterranum inscripsisse manifestum est et nihil aliud esse ac Exempla elocutionum Arusiani Messi diversis e fontibus ostendit O. von Gebhardt[3]), quod iam Angelo Mai divinaverat.[4])

Ex epistulis Georgii Galbiato Merulaeque[5]) apparet bibliothecam Bobiensem saeculo XV exeunte magna in miseria fuisse. quod ad saeculum XVI attinet, paucissima documenta nobis suppeditant. anno 1575

---

reditu suo libri duo, Lipsiae 1870, VI; Gottlieb, Handschriften aus Bobbio 446; O. von Gebhardt, Ein Bücherfund in Bobbio, Centralbl. f. Bibliotheksw. 5, 1888, 356 (343–362 et 383–431 Gebhardt copiose de codicibus anno 1493 repertis scripsit); M. Ziegelbauer, Historia rei literariae ordinis S. Benedicti I, Augustae Vind. et Herbipoli 1754, 465; R. Sabbadini, Le scoperte dei codici Latini e Greci ne' secoli XIV e XV, Firenze 1905, 156sqq.; E. Martin, Bobbio. L'ombre d'un grand nom, Mém. de l'Acad. de Stanislas 3, 1906, 304sqq.; Mercati 75sqq.; Gomoll, Zu Cassiodors Bibliothek, Beerianam sententiam amplexus etiam Elegantias Latinas olim bibliothecae Vivariensis fuisse putat; rectius vidit F. della Corte, Riv. di Filol. 68, 1940, 292 qui existimat monachos Bobienses has Elegantias e bibliotheca quadam Italiae septentrionalis acquisisse.

1) Tommaso Inghirami cognomine Phaedrus (1470–1515).

2) Cf. Mirella Ferrari, Le scoperte a Bobbio nel 1493: vicende di codici e fortuna di testi, Italia medioev. e uman. 13, 1971, 140sq.

3) Ein Bücherfund in Bobbio 343sqq.; 408sqq.

4) In edit. principe Frontonis II 483; cf. et Peyron, Commentatio XVIIIsqq.; Blume, Iter Italicum 59sq.; Bethmann, Nachrichten 605; Seebass, Handschriften von Bobbio 1; Gottlieb, Über mittelalterliche Bibliotheken 184; anonymus in: Leipziger Literatur-Zeitung 1816, 773 et in: Jenaische Allgemeine Literatur-Zeitung 1817, 171; H. Keil, Grammatici Latini VII 445; J. Bähr, Geschichte der römischen Literatur II[4], Carlsruhe 1869, 558, 23; Brzoska, M. Cornelius Fronto, RE IV 1, 1900, 1318; Goetz, Differentiarum scriptores, RE V 1, 1903, 483; M. Schanz, Geschichte der römischen Literatur III[3], München 1922, 96; M. Manitius, Aus mittelalterlichen Bibliothekskatalogen, Rhein. Mus. 80, 1931, 403 et Handschriften antiker Autoren in mittelalterlichen Bibliothekskatalogen, Leipzig 1935, 146; E. V. Marmorale, Arusiani Messi Exempla elocutionum, Napoli 1939, V 4; della Casa, Arusianus Messius, Exempla elocutionum, Milano 1977, 13sqq.; 22sqq.

5) Cf. Mercati, Codices e Vaticanis selecti XXIII, 87.

monachus quidam ita scripsit: *Ego D. Callixtus a Bobio vidi omnes libros sub anno 1575.*[1]) quae inspectio bibliothecae vix salutem tulit, ut ex reliqua historia Actorum patet. nam circa a. 1600 codex noster, qui iam a. 1461, uti supra vidimus, incompletus erat, in duas partes distractus esse videtur, ita ut aliquot folia de medio interciderint: apparet asseres quibus quaterniones continebantur relaxatos esse atque utramque partem iam non eadem in cista asservari. ita fieri potuit ut altera pars Mediolanum, altera Romam migraverit, qua de re infra loquemur. saeculis XV et XVI bibliotheca Bobiensi magis magisque neglecta alibi novae et magnae condebantur, et qui eis praefecti erant omnem adhibebant diligentiam uti quam plurimos codices praeclaros possiderent. ita anno 1605 cardinalis Federico Borromeo[2]), celebris Bibliothecae Ambrosianae conditor, archiepiscopus Mediolanensis, sancti Caroli Borrhomaei patruelis, amicum suum Giovanni Giacomo Valeri Bobium misit, si forte codices manu scriptos acquirere posset. etiamnunc exstat *Lista de Codici manuscritti antichi che si ritrouano nella libraria di S° Columbano di Bobio*[3]), quam, uti Seebass demonstravit, Valeri Bobii vel paulo post composuit. quae *Lista* certe non omnes Bobienses enumerat, quo fit ut Acta desint. eodem tempore Valeri cum abbate monasterii agebat de libris Ambrosianae bibliothecae concedendis, haud frustra, nam anno 1606 minimum 74 codices Bobienses Mediolanum venerunt,[4]) quorum unus fuit pars Actorum, altera scilicet et maior. itaque iam supra concludere potuimus ante annum 1606 codicem nostrum duas in partes dilapsum esse.[5]) anno 1606 hanc partem Actorum Mediolanum venisse inde certo scimus, quod Antonio Olgiato, qui primus Ambrosianae praefuit, ut aliis codicibus huic quoque schedulam chartaceam addidit, qua originem indicaret. ita parti Actorum quae nunc est codex Ambrosianus E 147 sup. hunc titulum confecit:

CONCILII CHALCEDON. CODEX
antiquissim˙ ac ferme saeculum quo illud habitum est attingens[6])
qui ex Biblioth. a D. Columbano Bobij instituta exiuit, fuitq,
ILLmo FEDERICO CARDl BORRHOM˙
B. CAROLI PATRVELI

1) Cf. Ratti, Le ultime vicende 37; Mercati 134.

2) Cf. Peyron, Commentatio XXIII sqq.; Blume, Iter Italicum 125 sqq.; Seebass, Handschriften von Bobbio 57 sqq.; Martin, Bobbio 311 sqq.; Heiberg, Bobbio 136 sq.; Mercati 134 sqq. aliorum scripta de Ambrosiana condita afferunt G. Ottino et G. Fumagalli, Bibliotheca Bibliographica Italica. Catalogo degli scritti di Bibliologia, Bibliografia e Biblioteconomia, Roma 1889, 286 sq.

3) Codex Ambrosianus R 122 sup., fol. 385–386; edidit Seebass, Handschriften von Bobbio 57–60.

4) Cf. Seebass 63 sqq.; Mercati 136.

5) Et Inventarium a. 1461 et alia (de quibus infra) docent non fuisse duo volumina separata.

6) Hic Olgiato errat: cf. p. XII adn. 4.

Bibliothecam Ambrosianam adornanti, et manuscriptos codices undique conquirenti
a Religiosiss' s. Benedicti Patribus munere uicissim
ab ipso Illustriss° donatis
humanissime oblatus anno MDCVI.
Ant° Olgiato, qui primus eam bibliot. tractauit Praef°
In Prima et Vltima actione nonnulla desiderant[1])

Duodecim annis post prior et minor pars Actorum ad bibliothecam papalem Vaticanam pervenit.[2]) litteris enim a. d. III. Non. Nov. anni 1618 scriptis[3]) et *Dilectis filiis Paulo Silvarezza Abbati et Monachis Monasterii S. Columbani Bobiensis ordinis S. Benedicti* inscriptis Paulus V. Papa (sedit 1605–1621) monachis gratias agit pro libris missis et aperit se magnam habere spem novos libros adipiscendi. libri de quibus agit enumerantur in *Notula librorum ex Monasterii bibliotheca sub Paulo V. Pontifice Romanae sedi donatorum dum esset Abbas Monasterii D. Paulus Silvarezza anno 1618.*[4]) libri enumerati hodie sunt codices Vaticani Latini 5748–5776. pars Actorum quae nunc est Vaticanus 5750 in Notula est nr. 11 atque ita describitur[5]): *Celestini Papae urbis Romae Epistola ad Nestorium directa ad Calcedonensem synodum. ex membranis in fol. parvulo tomus.* quam descriptionem ad nostrum codicem pertinere ideo dubium non est, quia prima epistula earum, quae actionem primam Synodi introducunt, ita in prima pagina Vaticani orditur[6]): *Inc̃ epistula pape caelestini ad nestorium,* et subnotavit manus saeculi XV[7]): *Incipit epla celestini pape urbis rome ad nestorium directa. Calc̃doñ*

1) Apparet Antonium Olgiato nescire praeter initium primae actionis etiam complures epistulas introductorias deesse, unde conclusimus duas partes codicis diversis locis bibliothecae Bobiensis conservatas esse. de schedula cf. Ed. Schwartz, Acta Conciliorum VIII; A. Mai, Cicero Ambrosianis codicibus illustratus et auctus, Mediolani ²1817, 15 et in edit. Frontonis 1823, X 1; Seebass, Handschriften von Bobbio 61 sq.

2) Cf. Peyron, Commentatio XXIII sq.; A. Mai, Classicorum Auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomus I, Romae 1828, XLI sqq.; Bethmann, Nachrichten 251 sq.; 605; Seebass, Handschriften von Bobbio 1 sqq.; Ehrle, Codices e Vaticanis selecti III, 5; Heiberg, Bobbio 137; Mercati, Codices e Vaticanis selecti XXIII, 139 sqq. – anno 1618 Alessandro Rainaldi praefectus erat bibliothecae Vaticanae, cf. F. Ehrle, Zur Geschichte der Katalogisierung der Vatikana, Historisches Jahrb. 11, 1890, 718 sqq. vix dicendum est fata tractatus qui Skeireins vocatur eadem esse atque epistularum Frontonis; erravit igitur Dietrich, Die Bruchstücke der Skeireins XI, dicens partem eius tractatus Mediolano Romam venisse, quod iam Scriptorium 6, 1952, 93 correxi.

3) Hanc epistulam edidit Peyron, Commentatio XXIV.

4) Hanc Notulam Peyron invenit inter commentarios quos reliquerat Michele Angelo Carisio, abbas monasterii Bobiensis annis 1783 et 1792, qui historiam monasterii sui praeparabat; edita exstat apud Peyron XXV sqq.

5) Cf. Peyron XXVI, quem fugit Notulae numerum 11 eundem librum indicare atque numerum 135 Inventarii anni 1461.

6) Cf. Reifferscheid, Die römischen Bibliotheken 618 (= Bibliotheca Patrum I 466).

7) Veri simile est monachum Patavinum id scripsisse, cf. supra p. XVIII.

synod'. eum qui Notulam scripsit – fuit fortasse abbas monasterii Michele Angelo Carisio – ipsum codicem non inspexisse apparet, sed primam tantum paginam, ubi epistulam Caelestini invenerat.

Nemini dubium esse potest quin Vaticanus 5750 et Ambrosianus E 147 sup. olim unum corpus fuerint, nam et textus Actorum partis Vaticanae post parvam lacunam in Ambrosiano continuatur et membrana scripturaque pares et similes sunt et idem scriptores veteres in utroque codice latent; interdum etiam textus Frontonianus folii Vaticani in Ambrosiano continuatur.[1])

Ut iam vidimus, monachi Patavini ordinem bibliothecae Bobiensis novantes in omnibus codicibus scripserunt *Liber sctī columbani de bobio.* quo spectat quod Paulus V. Papa in epistula supra commemorata scripsit: *quin imo hoc lucri praeterea a vobis factum est, quod cum antea haec sacra monumenta in isto Coenobio delitescerent, in posterum omnibus catholicis nationibus in Nostra bibliotheca Monasterii S. Columbani titulo insignita patebunt.*[2]) inde ab ineunte saeculo XVII Acta Concilii Chalcedonensis tuta intra parietes Vaticanos Ambrosianosque asservantur. per duo tamen saecula nemo animadvertisse videtur haec folia praeclarum auctorem antiquum celare. saeculo demum XIX ineunte Angelo Mai, postea cardinali, contigit ut Frontonem inveniret. de novissima historia textus disseremus in capitulo quod De editionibus inscribitur.

2. De codice Actorum eiusque quaternionibus

Uterque bibliothecae custos suae partis codicis paginas numeris notavit atque ita ut solum Actorum rationem haberet. folia Frontoniana editori ab integro ordinanda sunt, quae est res interdum difficillima; nam manus prima Actorum codice Frontonis ad rescribendum usa ordinem pristinum non servavit, alibi autem ex iis foliis, quae olim unus quaternio erant, rursus novum quaternionem effecit. in Actis scribendis librarii folia fere inverterunt scriptura inferiore ad id usi ne a recta linea aberrarent. ubi folia non inverterunt[3]), textus Frontonianus lectu difficilior est. pauca tantum exstant folia quae non rescripta sunt[4]): ibi sine ullo labore Fronto legi potest. sed non solum folia rescripta magnam legendi difficultatem afferunt: venena corrodentia quibus Angelo Mai usus est, ut facilius legeret, folia per annos nigraverunt, ita ut nonnulla plane illegibilia facta sint: praeterquam quod multa folia perierunt, corpus epistula-

---

1) E. g. p. 22, 4; 123, 4; 128, 13.

2) Librarius Vaticanus Bobienses ceteris codicibus quos iam habebat iniunxit sublata originis definitione; hac in re Olgiato accuratius egit.

3) E. g. Vaticani pag. 15, 16, 30.

4) E. g. Vaticani pag. 166; cf. Ehrle, Codices e Vaticanis selecti III, 21.

rum Frontonis semper truncum erit. venenis iam ab Angelo Mai adhibitis in novis nulla spes[1]) atque etiam lucerna ultraviolacea, uti vocatur, nihil efficere potuit.[2]) quod pars Actorum Vaticana melius conservata est quam Ambrosiana indicare videtur librarios Bobienses alium codicem aliter curavisse. partem Vaticanam cognoscere propterea quoque facilius est, quod phototypice a Francesco Ehrle edita exstat.[3])

Codex Vaticanus habet folia 143 vel paginas 286; quarum 106 Frontonis sunt: pag. 1–4; 13–16; 29–30; 79–128; 131–132; 137–138; 141–160; 165–168; 173–180; 185–190; 227–228; 241–242.[4]) Ambrosianus habet folia 226 vel paginas 452; quarum 282 Frontonis sunt: pag. 55–76; 81–110; 133–138; 143–152; 155–158; 161–166; 179–182; 195–196; 213–282; 287–308; 311–314; 319–356; 373–408; 411–414; 417–436; 443–446.

Primum Vaticanum adeamus eiusque quaterniones inspiciamus.[5]) in V 14[6]) et 15 Actorum exstat epistula Petri Chrysologi[7]); cuius ex argumento intelligimus inter V 14 et V 15 unum folium (duas paginas) deesse.[8]) manifestum est hoc folium periisse antequam paginae numeris notatae sunt, id est Bobii aut iam antea. cum V 13–16 omnes textum Frontonianum habeant, veri simile est etiam folium deperditum codicis Frontonis fuisse. codex Actorum in quaterniones foliorum octo vel sedecim paginarum dividitur. sunt quinque series quaternionum, quarum prima indicatur fere nota q̃ una cum numero in medio margine inferiore paginae ultimae singulorum quaternionum. quas notas in hisce paginis legimus:[9]) V 14: *I*; V 30: q̃ *II*; V 46: q̃ *III*; V 94: q̃ *VII*; secunda series eodem modo indicata has notas habet: V 110: q̃ *I*; V 126: q̃ *II*; V 142: *III*; V 158: q̃ *IIII*; V 174: q̃ *V*; V 190: q̃ *VI*; V 226: q̃ *VIIII*; V 242: q̃ *X*; V 258: q̃ *XI*; V 274: q̃ *XII*. quare post primam seriem nova series in V 95 incipiat, satis apparet: nam primae 94 paginae epistulas introductorias complectuntur, quas iam memoravimus, deinde in V 95 incipit actio prima ipsius Synodi. quaeri autem potest, cur in V 14 exstet nota quaternionis *I* pro q̃ *I*. V 14 no-

---

1) Aliter sentit W. Studemund, Epistula critica in: R. Klussmann, Emendationes Frontonianae, Berolini 1874, III 1.

2) Cf. Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 177.

3) Cf. supra p. IX adn. 4.

4) In numeris paginarum Vaticanarum indicandis Mai et Naber interdum erraverunt, quod Ehrle 6 ita correxit:

p. 179 Naber =	p. 175 Ehrle	p. 187 Naber =	p. 183 Ehrle
180	176	188	184
181	177	189	185
182	178	190	186
175	179	183	187
176	180	184	188
177	181	185	189
178	182	186	190

me Francescum Ehrle secutum esse vix monendum est. pag. 181–184 codicis Frontoniani non sunt.

5) Hoc loco nonnisi de quaternionibus Actorum loquimur; de quaternionibus ipsius cod. Frontoniani eorumque notis vide infra.


6) Ita indico codicis Vaticani pag. 14.

7) Haec epistula est nr. 229 Clavis Patrum Latinorum.

8) Cf. Ehrle 7; Acta Concil. ed. E. Schwartz 6.

9) Cf. Ehrle 6sq.; Lowe, Cod. Lat. antiquiores ad tab. 26a.

tam $\tilde{q}$ *I* propterea habere non potest, quia 14 paginae quaternio non sunt: verus enim quaternio est 16 paginarum vel 8 foliorum. quod autem iam post 14 paginas nota quaternionis scripta est, alterutro modo explicandum videtur: aut fuit olim nota $\tilde{q}$ *I* in altera pagina post V 14 deperdita; ita enim verus quaternio fuerit 16 paginarum. quod si ita sit, nota *I*, quae nunc in V 14 legitur, ibi postea scripta est quam folium periit. aut hic non quaternionem sed ternionem habemus et V 1–2 sunt folium singulare; quod folium singulare fortasse fuit pars altera bifolii, cuius prior pars, item bifolium, nunc deest. hoc enim folium iam Naber[1]) putabat olim continuisse titulum summariumque. haec coniectura si vera est, folia prima ita disponere debemus:



cum pag. 1–4 Frontonis textum habeant, praecedens quoque folium deperditum codicis Frontoniani fuisse potest. quodsi alteram coniecturam sequimur, difficultas est in folio quod post V 14 periisse vidimus: neque enim est primi ternionis (*I*) neque sequentis quaternionis ($\tilde{q}$ *II*). fuisse igitur folium singulare opinari debemus. at altera coniectura ideo anteponenda videtur quod Ehrle (6) in V 14 sub numero *I* vetustiorem numerum *II* dispexit: primum igitur bifolium singulare olim fortasse habebat notam *I* in V 2, quae nota nunc legi non potest. tum sequitur ternio cum nota *II* in V 14.

Vidimus inter $\tilde{q}$ *III* (in V 46) et $\tilde{q}$ *VII*, qui in V 79 incipit, tres notas quaternionum deesse.[2]) paginae autem 47–78 tres veri quaterniones esse non possunt, cum tres quaterniones ter senas denas paginas habeant. solum paginae 63–78 verus quaternio sunt, unde statuere possumus notam $\tilde{q}$ *VI* olim in V 78 fuisse, nam inde a V 79 incipit quaternio septimus. reliquae igitur paginae 47–63 singularia folia bifoliaque sunt, quae nescio quo loco notas *IIII* et *V* habuisse videntur.

De secunda serie quaternionum memorandum est hoc: in V 142 legitur nota *III*, quae per errorem scripta videtur pro ⟨$\tilde{q}$⟩ *III*, nam paginae 127–142 verus et integer quaternio sunt. post sextum quaternionem sequitur quaternio 16 paginarum, ita ut in V 206 olim nota $\tilde{q}$ *VII* fuisse videatur. in V 211 incipit nonus quaternio; itaque pag. 207–210 sunt bifolium quod habuisse videtur notam *VIII* in V 210. tota res satis tortuosa est, quo accedit quod notae quaternionum quas nunc legimus alias et vetustiores occultant: iam vidimus notam vetustiorem fuisse in V 14; sic quoque in V 110 notam *III* sub recentiore nota $\tilde{q}$ *I* dispexit Ehrle[3]) et recte coniecisse videtur hunc numerum *III* esse reliquias notae ⟨*V*⟩*III*, nam veri simile est librarium primo seriem post septimum quaternionem continuavisse, deinde autem novam seriem instituisse.

1) Edit. X.

2) In V 58 exstat nota quaternionis Є; quae non est nota Actorum, ut Ehrle 7 putabat, sed tractatus qui Skeireins vocatur, quod recte vidit Massmann, Skeireins 57. eadem littera Є gothice scripta legitur in cod. Carolino (Wolfenbüttel Weiss. 64) epistularum S. Pauli; cf. Lowe, More facts 60.

3) (6). quamquam V 110 est pagina textus Frontoniani, tamen notam *III* vetustiorem ad eum auctorem qui sub Frontone latet pertinere propterea veri simile non est, quod in codicibus antiquissimis notae quaternionum non medio in margine inferiore scribuntur, sed dextro.

Novissima nota quaternionis in Vaticano est *q̃ XII* in V 274; sequuntur ultimae paginae Vaticanae 275–286, quae verus quaternio non sunt. in Ambrosiani[1]) pagina 16 habemus notam *q̃ XV*; constat igitur secundam seriem continuari et unum fere quaternionem periisse inter Vaticanum et Ambrosianum. eandem lacunam statuere possumus, si ipsa Acta legimus in editione Eduardi Schwartz[2]): apparet duodecim paginas deesse. fuerunt igitur inter quaternionem duodecimum, qui in V 274 terminatur, et quindecimum, qui in A 1 incipit, viginti quattuor paginae, qui numerus autem non sufficit ad duos quaterniones explendos. paginae igitur hoc modo dividendae videntur, ut primae sedecim paginae sint quaternio qui suum finem habebat in quarta paginarum deperditarum, ubi nota fuerit ⟨*q̃ XIII*⟩; reliquae paginae octo deperditae, id est duo bifolia, habuisse videntur notam ⟨*XIIII*⟩ in ultima pagina deperdita.

Quod secunda series quaternionum, quae in Vaticano incipit, in Ambrosiano continuatur, haud parvi momenti est. nam Mai[3]) putavit – et alii eum secuti sunt – codicem Actorum olim ex tribus partibus separatis constitisse, quarum prima nunc esset Vaticanus, secundus Ambrosianus, et tertiam partem fuisse ea folia quae nunc in fine Ambrosiani desint.[4]) sed temere haec excogitasse videtur; nam praeterquam quod series secunda Vaticani in Ambrosiano continuatur, alia quoque in contrariam partem afferre possumus: si Vaticanus et Ambrosianus separata fuissent volumina[5]), actio prima Actorum dirempta fuisset, quae incipiat in V 95[6]) et finem habeat in A 116.[7]) si Vaticanus primum volumen Actorum esset, volumen secundum multo maius esset, nam Vaticanus habet paginas 286, Ambrosianus 452. Inventarium denique anni 1461 *satis magni vol(uminis)* dicens[8]) manifeste unum tantum volumen indicat.

Post seriem quaternionum secundam tres aliae in Ambrosiano sequuntur; quarum postrema, quinta, cuius quaterniones indicantur litteris in sinistro margine inferiore scriptis, subito desinit in A 452 media in actione 14.[9]) ex editione Actorum Eduardi Schwartz statuere possumus quadraginta fere paginas deesse, quibus Actiones 14–16 compleantur.[10]) satis manifestum est has quadraginta paginas numquam fuisse volumen tertium ut Mai voluit: codex Actorum olim fuit unum volumen cuius folia asseribus constricta erant, ut Inventarium anni 1461 docet. hodie et Romae et Mediolani singula folia inter chartas asservantur.

---

1) De notis quaternionum codicis Ambrosiani cf. Lowe, Codices Lat. ant. ad tab. 26a.

2) 166 et 175. Naber X erravit existimans 16 paginas deesse inter Vaticanum et Ambrosianum.

3) In edit. 1823, XI.

4) Sententiam Maianam amplificare conati sunt Naber X; Ehrle 5; C. R. Haines in edit. I p. XIII; Lowe, Cod. Lat. ant. ad tab. 26a. fuerunt etiam qui putarent in parte media fuisse orationes Frontonis, cf. Haines, On the Chronology of the Fronto Correspondence, Class. Quart. 8, 1914, 119sq.

5) Naber existimabat primum volumen constitisse ex codice Vaticano una cum quattuor paginis deperditis, secundum ex duodecim paginis una cum codice Ambrosiano.

6) Cf. Reifferscheid, Die röm. Bibl. 622, ubi fol. 47^{b} indicat V 95.

7) Cf. Reifferscheid, Die Ambros. Bibl. 487, ubi fol. 58^{b} indicat A 116.

8) Cf. supra p. XIX.

9) Cf. Tom. II, vol. III pars 3 p. 86, 3 ed. Schwartz.

10) Ibid. p. 86–114. *Adlocutio ad Marcianum,* quae apud Schwartz post actionem 16 legitur (p. 114–122), nostro in codice iam in V 79 exstat; cf. Reifferscheid, Die röm. Bibl. 621; Schwartz VIIII.

Codex Actorum quantus fuerit, nunc ita statuere possumus:

unum folium initio periisse videtur:	2 paginae
in Vaticano nunc sunt	286 paginae
inter V et A desunt	12 paginae
in Ambrosiano nunc sunt	452 paginae
in extremo codice desunt fere	40 paginae
fuit igitur codex olim paginarum	792.

codex 400 fere foliorum haud parvus est, sed scimus veterem codicem Laureshamensem habuisse *XV actiones Chalcedonensis Concilii in uno codice*[1]) et praeterea constat alios codices maiores fuisse.[2])

Cum noverimus ad Acta scribenda 800 fere paginas sufficere, certo affirmare possumus manui primae Actorum, quae, uti vidimus, Frontonem Scholiaque Bobiensia rescripsit, utroque codice integro opus non fuisse; scimus enim codicem Frontonis olim fuisse 680 paginarum[3]) et codicem Scholiorum 1200, nisi plures fuerunt[4]), unde veri simile videtur utrumque codicem iam incompletum fuisse exeunte saeculo septimo, cum rescriberetur.

3. Descriptio codicis Frontoniani

Codex Frontonianus est membraneus fere quadratus: singulae paginae 0,300 m altae et 0,255 lata sunt habentque bina latercula, quorum utrumque est fere 0,170 m altum et 0,08 m latum. inter latercula est spatium fere 0,015 m latum. laterculum habet 24 versus, versus singuli 18 aut 19 litteras; sunt autem etiam versus 15 et 25 litterarum. pagina igitur habet 900 fere litteras. ut lineas rectas plumbo duceret, librarius punctis in margine spatium indicantibus usus est. lineae modo in parte carnosa membranae, modo in parte pilosa ductae demonstrant singula bifolia lineata esse antequam plicata sunt.[5]) textum exaravit pulchra manus uncialis alterius partis saeculi quinti[6]): hoc enim tempore codicem

1) Cf. Becker, Catalogi 112 nr. 482.

2) Cf. K. Dziatzko, Untersuchungen über ausgewählte Kapitel des antiken Buchwesens, Leipzig 1900, 109; Weinberger, Handschriften von Vivarium 77.

3) Cf. infra p. XLVI

4) Quot paginae fuerint, accuratius dicere non possumus; at exstat nota quaternionis LXX, cf. Ciceronis Orationum Scholiastae, rec. Th. Stangl II, Vindobonae – Lipsiae 1912, 169, 8; post hunc quaternionem alii secuti sunt. si P. Hildebrandt, Scholia in Ciceronis orationes Bobiensia, Lipsiae 1907, XXXIX, auctorem sequimur, fuerunt olim 73 quaterniones.

5) Cf. Lowe, Cod. Lat. ant. ad tab. 27.

6) Mai in edit. princ. I, CI codicem saeculo quarto attribuit; Niebuhr XXXV vix ante saec. VII scriptum putat; rursus Mai in ed. 1823, 86, 2 anno fere 200. Naber attribuit saec. sexto ineunti, quem etiamnunc nonnulli sequuntur neglectis palaeographis peritis qui codicem saeculo quinto ascribunt: Chatelain, Les palimpsestes latins 11; Ehrle 22; Ehrle-Liebaert, Specimina ad tab. 6c; Hauler, Wien. Stud. 47,

scriptum esse non modo forma litterarum[1]), sed aliae quoque res docent: bina latercula figuram fere quadratam habent[2]); puncta linearia sunt in margine dextro[3]); paginae littera capitali aliquantulum prominenti incipiunt[4]); notae quaternionum (littera *q* cum numero) sunt in margine dextro inferiore[5]); nulla interpunctio est nisi punctum quod dicitur medianum et ante et post verba Graeca in textu Latino[6]); littera *M* et littera *N* in fine versus per notam – scribuntur[7]); compendia rara sunt, duo tantum saepius inveniuntur: *Q.* = *-que*[8]) et *B.* = *-bus.* epistularum inscriptiones haec praebent: *AUG.* = *Augustus*; *CAES.* = *Caesar*; *IMP.* = *Imperator*; *MAG.* = *Magistro*; *R* aut *RSC.*[9]) = *rescriptum*; *SAL.* = *salutem.* in librorum titulis leguntur haec: *EPIST.* aut *EPISTUL.* aut *EPISTULAR.* = *epistularum*; *LIB.* = *liber*; *EXPL.* = *explicit*; *INC.* aut *IN.*[10]) = *incipit.* in ipso textu praeter *B.* et *Q.* rarissima sunt compendia: *COS.* = *consul*; *DOM.* = *dominus*; *KAL. APRIL.* = *kalendae apriles*; *N.* = *noster*; *RESP.* = *respublica*; semel occurrunt: *LIBR. S.* = *libro secundo*;[11]) *PROUI⁻|CIAR.* = *provinciarum*[12]); *P̄* = *Publius*[13]); *OCTAU.* = *octavum*[14]). ligaturae quoque rarae sunt et plerumque in fine versus occurrunt: N = *nt*, UR = *ur*, Ul = *ul*, UT = *unt*, Æ = *ae.* semel scribitur U = *vi*[15]), NK = *νκ*[16]), UL = *vi*[17]). ceterum memoratu dignum est librarium plurimarum epistularum clausulas

---

1929, 174; Bischoff, Der Fronto-Palimpsest 4. huius saeculi alteri parti attribuit Lowe, Cod. Lat. ant. ad tab. 27. anonymus in: Jenaische Allg. Lit.–Zeit. 183 et Eckstein, Ersch u. Grubers Encycl. 445 erraverunt saeculo septimo ascribentes.

1) Specimina scripturae habes in edit. phototypica Ehrliana, in Maii edit. princ. II 567, in edit. 1823, XV et 1, in frontispicio edit. 1846, apud G. Zangemeister – G. Wattenbach, Exempla codicum Latinorum, Heidelberg 1876, tab. 31; Ehrle-Liebaert, Specimina tab. 6c; Lowe, Cod. Lat. ant. tab. 27, et in fine meae ed. 1954.

2) Cf. Lowe, Some facts 197; 205sq.; More facts 60.

3) Cf. L. W. Jones, Where are the prickings?, Trans. a. Proceed. of the Amer. Philol. Assoc. 75, 1944, 76.

4) Cf. Lowe, Some facts 197; 202sq.; More facts 56sq. talem capitalem etiam invenies ubi nova epistula et novum epistulae capitulum incipit. semel capitalis legitur medio in versu: *Ego* in V 177 (p. 55, 7).

5) Cf. Lowe, Some facts 208; More facts 59sq.

6) Cf. Lindsay, Palaeographia Latina II 16sq.

7) Cf. Lowe, Some facts 197; 205; More facts 57sqq.

8) Interdum *Q.* pro *quae* scribitur, quae est ratio scribendi vulgaris (e. g. p. 57, 8 et 241, 7). *Q.* etiam indicat nomen Quinti.

9) E. g. p. 79, 8 et 78, 16.

10) *IN.* nonnisi p. 69, 1.

11) p. 20, 12.

12) p. 10, 20.

13) p. 36, 20.

14) p. 51, 26.

15) p. 69, 39 = 75, 13.

16) p. 254, 15.

17) p. 81, 1.

minoribus litteris scripsisse aliquantulum a margine recedentibus.[1]) indices quoque litteris minoribus scribuntur. quod multae paginae habent titulos librorum in margine superiore eisdem litteris scriptis, sed paulo minoribus et tenuioribus, id quoque ostendit codicem nostrum saeculi quinti esse. quos titulos, ut videtur, scripsit manus secunda paulo post primam[2]), lectu autem difficiles sunt. hodie exstant in libris II–IV Ad M. Caesarem. in sinistra pagina (folio verso) legitur *EPIST.* (aut *EPISTUL.* aut *EPISTULAR.*) *AD M.* et in pagina dextra (folio recto) *CAES. LIB. II.*[3]) veri simile est plures vel omnes libros tales titulos habuisse atque revera Hauler[4]) detexit in margine superiore complurium paginarum titulum *PRINCIPIA*, unde conici potest alteram paginam *HISTORIAE* habuisse.

Ut erant scribae plerumque Graecae linguae imperiti, manus prima vocabula Graeca interdum vitiose exaravit et pro litteris Graecis Latinas scripsit[5]), e. g. h = ἤ (p. 7, 4), *DIA* = διά (p. 30, 17), *XPhZ*Ω (p. 105, 15), *KPAT*Є*IAN*[6]) (p. 32, 21), *BRAXYTATON* (p. 33, 3) et *BRAXE*Ω*N* (p. 246, 12), *OY*ΔЄ[6]) (p. 17, 1) et fortasse *DIS* = δίς (p. 38, 4).[7]) ceterum moneo textum Graecum non habere istas notas quibus syllabarum soni indicentur iotaque finale modo adscribi, modo omitti.[8])

---

1) Mai, edit. 1823 p., XVI 'Ideo', inquit, 'fortasse quia hae clausulae in ipsis autographis manu propria, atque idcirco minutioribus formis, ab epistularum auctoribus adpingi solebant (quem deinde morem amanuenses religiose tenuisse videntur)', nam Iulio Victore p. 448 Halm auctore *observabant veteres carissimis sua manu scribere vel plurimum subscribere*; quod autem de Frontone Marcoque dici non potest, cf. O. Roller, Das Formular der Paulinischen Briefe. Ein Beitrag zur Lehre vom antiken Briefe, Stuttgart 1933, 293 sq.

2) Hanc manum titulos scripsisse dicit Hauler, Verh. d. 43. Versamml. 85; Frontonianum, Serta Harteliana, Wien 1896, 22. si vero prima manus scripsisset, aeque litteris minoribus usa esset, cf. Lowe, Some facts 197; 206; More facts 59. A. Freixas, Revista de la Univ. de Buenos Aires, Sección VI tomo IV, 1927, 12, cur neget et primam et secundam manum titulos scripsisse non intellego. hoc quoque temere idem vir doctus coniecisse videtur, codicem nostrum de exemplari minusculis litteris scripto factum esse (cf. 141–143 et Una corrección conjetural de la página 166 del códice Vaticano No 5750, Rev. de Estudios Clásicos (Mendoza) 1, 1944, 79–86): cum enim in V 166 (p. 22, 7) librarius vitiose scripserit IΞ, at contra in A 157, ubi idem textus repetitur, KAI, Freixas contendit illud IΞ e nota minuscula *K* originem ducere; de tali vitio satis est dicere librarium linguam Graecam nescire.

3) Nonnumquam librarius erravisse videtur, nam et in V 126 et 125 et 124, quae paginae cohaerent, legimus *EPISTVLAR. AD M.*, quod nonnisi in V 125 rectum esse potest; idem error in V 102, 155, 168.

4) Serta Harteliana 22.

5) Cf. Studemund, Epistula XXXII, 1; Lindsay, Palaeographia Latina II, 18.

6) Є est littera Latina.

7) Cf. M. van den Hout, Textkritisches und Sprachliches zu Fronto, Mnemos. 12, 1944, 227 sq.

8) Librarium monachum fuisse putat Naber, edit. 248, 2, quia p. 245, 13 scripsit *OYAI* pro *OYN*: οὐαί enim vox biblica esset. sed haec vox alibi quoque legitur et iterum repeto scribam linguam Graecam nescire.

Initium textus cum perierit, titulum totius corporis epistularum nescimus, sed exstant etiamnunc tituli complurium librorum capitali rustica scripti in fine initioque singulorum librorum.[1]) nonnulli tituli cum suis foliis interierunt, alii hodie certo legi non possunt. verba *Explicit* et *Incipit* nonnisi in libris Ad M. Caesarem III – V legimus. ceterum memoratu dignum est nomen Frontonis in his subscriptionibus numquam esse plene scriptum (M. Cornelius Fronto), sed *M. Fronto* aut interdum *Fronto*. eadem manus prima scripsit complures indices librorum, ubi prima verba singularum epistularum legimus et in indicibus epistularum Ad amicos nomina eorum quibus scriptae sunt; ante singulos versus est paragraphus huius formae: ƺ.

Palaeographorum scire refert, quomodo verba divisa sint. iam Studemund[2]) hanc rem breviter complexus est; quae infra dabo, tantummodo exempla nonnulla peculiaria sunt. divisiones autem Graecorum vocabulorum omitto, quae scriba, ut erat huius linguae imperitus, miro saepe modo divisit.

AE: *ista|ec* p. 9, 1; *BH*: *ab|hinc* 29, 12; *BL*: *pub|lico* 175, 19; *BR*: *teneb|ris* 9, 10, sed *mulie|bri* 19, 4; *CH*: *catac|hannam* 29, 14; *Thrasymac|hum* 48, 9; *CR*: *de|creveris* 95, 16; *medio|cri* 199, 18, sed *sac|ram* 179, 7; *Soc|raticorum* 230, 17; *CT*: *auc|tam* 199, 7; *conplec|tar* 32, 14; *dic|tis* 28, 13; *doc|tus* 176, 6; 228, 8; *exac|ti* 11, 17, sed *delict|eis* 249, 15 (?) (cf. app. crit.); *FF*: *o|ffenderis* 183, 1; *GL*: *neg|lectus* 218, 19; *GN*: *dig|num* 176, 13; *obsig|navi* 20, 19; *cog|noscitis* 199, 18; *GR*: *ae|gros*, 210, 14 sed *pig|ritia* 2, 3; *IM*: *toluti|m* 19, 14; *LT*: *mu|ltum* 5, 18; *MB*: *am|bures* 95, 19; *MN*: *alum|na* 95, 5; *condem|nas* 231, 5; *om|nia* 6, 12; *NS*: *tran|sui* 20, 19; *OE*: *citharo|edi* 155, 23; *PP*: *a|ppellant* 48 ,12; *PR*: *pro|pria* 14, 18; *PS*: *scrip|sisse* 8, 14; *MPS*: *adsump|sisse* 6, 5; *RPS*: *excer|pseram* 14, 10; *PT*: *descrip|ta* 20, 9; *direp|tionibus* 206, 1; *volup|tas* 34, 15; *SC*: *adoles|cit* 4, 13; *aes|culis* 4, 19; *Ros|cius* 14, 14; *SCR*: *re|scribam* 96, 3; *re|scripseram* 3, 12; *SP*: *Cris|po* 34, 19; *paulis|per* 6, 2; *ves|perum* 175, 22, sed *intro|spicere* 210, 16; *ST*: *aes|tas* 11, 9; *confes|tim* 1, 13; *dis|tinctos* 187, 10; *epis|tula* 20, 6; *epis|tulae* 3, 19; *misis|ti* 15, 6; *pos|tulat* 231, 11; *vas|tare* 11, 21; *praes|tat* 212, 18, sed *pronuntia|sti* 198, 4; *STR*: *pos|tremo* 107, 27; *ves|tris* 3, 22, sed *prae|strigiae* 9, 7; *TH*: *At|heniensis* 203, 15; *cit|hara* 242, 2; *TR*: *arbi|trarentur* 176, 14; *pa|triae* 31, 24; *pa|tronorum* 199, 17, sed *pat|ris* 10, 24; *UE*: *volu|erat* 10, 5; *UM*: *tecu|m* 19, 15; *UNT*: *diligu|nt* 141, 7; *X*: *au|xilium* 124, 13; *ma|ximas* 34, 8; *pro|ximi* 28, 12, sed *ex|erceantur* 19, 14; *ex|eredatum* 10, 24; *ex|ortus* 4, 19.

4. De textu primae manus

Vitiosus non est textus manus primae, sed sescentis locis socordia quaedam scribam in errorem perduxit et saepe una vel plures litterae vocabulorum omittuntur quas secunda manus addidit, e. g.

---

1) Harum subscriptionum capitalis rustica simillima est ei litterae capitali qua scriptae sunt subscriptiones codicis Palatini 24, cf. L. Traube, Paläographische Forschungen IV, Abh. d. Bayer. Akad. d. Wiss., phil.-hist. Abt., XXIV 1, München 1904, 17, 1; Weinberger, Handschriften von Vivarium 79. qui codex Palatinus item palimpsestus est e compluribus foliis vetustissimis compositus, quorum duo reliquias orationis Frontonis continent: p. LXXIX sq.

2) Epistula XI sq.

p. 4, 18 *cultus* m^1, *incultus* m^2; 6, 10 *uxi* m^1, *Ulixi* m^2; 21, 9 *πυρρυ* m^1, *πυρραιων* m^2; 35, 1 *de* m^1, *die* m^2; 51, 15 *be* |m^1, *bene* m^2; 59, 4 *veri* m^1, *verbi* m^2; 79, 5 *mortuo* m^1, *more tuo* m^2; 83, 5 *dem* m^1, *demum* m^2; 112, 14 *per* m^1, *percepi* m^2; 133, 7 *fingere* m^1, *fingeret* m^2; 141, 15 *male* m^1, *malle* m^2; 157, 2 *qu* m^1, *quod* m^2; 189, 16 *re* m^1, *rei* m^2; 223, 13 *cianti* m^1, *crucianti* m^2; 237, 6 *mor* m^1, *mors* m^2; 254, 14 *αν* m^1, *ἀνθων* m^2.

inde non est cur haesitemus etiam iis locis, qui maioris momenti sunt, secundam manum sequi, velut

p. 9, 14 *vigiles* m^1, *pervigiles* m^2; 115, 14 *singulari* m^1, *persingulari* m^2; 37, 13 *qui* m^1, *quin* m^2; 47, 21 *sincera* m^1, *insincera* m^2; 112, 20 *formicarum* m^1, *formicularum* m^2; 160, 10 *post* m^1, *supposta* m^2; 194, 12 *quanti* m^1, *quantisper* m^2; 235, 19 *memet* m^1, *meomet* m^2. eadem socordia adducta omittit prima manus vocabula parva velut p. 7, 7 *a*; 7, 7 et 199, 11 *ad*; 35, 20 et 63, 1 *tu*; 37, 1 et 89, 13 *aut*; 37, 24 et 235, 3 *de*; 159, 8(?) et 172, 11 et 231, 18 *et*. sed et alia omittuntur, e. g. p. 15, 2 *auditor*; 31, 10 *frigidulum*; 45, 4 *excusare* et *tuae*; 45, 7 *pendere*; 45, 8 *elaborabis*; 62, 4 *stillam*; 112, 4 *tuo*; 112, 6 *laboris*; 176, 25 *vinclum*; 178, 2 *sanguis*. plura vocabula a manu prima omissa addere debuit secunda his locis: p. 9, 11 *ab domino meo Caesare*; 11, 19 *saltem adpropinquat si nondum adpropinquat*; 41, 6–7 *tam hoc scio quam tu novisti*; 41, 8 *et amem te*; 45, 15sq. *vale – invenisse*; 56, 23 *nec non Naevius*; 189, 9 *Arrio Antonino*; 190, 6 *ut decurio censuitne*; 232, 3 *ut lex*.

Postquam manus prima textum transcripsit, cognovit esse in alio codice nonnullas epistulas quas ipsa aut non dederat aut alio loco posuerat. has igitur epistulas in fine codicis addidit post Arionem.[1]) epistulae 1–3 et 6 huius additamenti manifeste ad libros Ad M. Caesarem pertinent. epistulae ab Appiano et ad Appianum scriptae prima specie libris Ad amicos attribueres, sed et iucunda levitas et longitudo harum epistularum me adducunt ut credam potius fuisse olim corpusculum epistularum ludicrarum quod continebat *Ἐρωτικὸν λόγον* (p. 250) et epistulas ab Appiano et ad Appianum scriptas et fortasse alias tales epistulas nunc deperditas. nam p. 242, 12 Hauler legit vocabulum *δευτέρα* ante *παρὰ Ἀππιανοῦ Φρόντωνι*, unde apparet olim et aliam Appiani epistulam extitisse.

Comparanti textum epistularum Additamenti cum textu earum epistularum quas scriba in ipso ordine iam praebuerat, manifestum est lectiones non multum inter se differre.

Saepe enim sunt menda calami velocius scribentis, sicut p. 17, 1 *ηλικα* A 59 in ordine pro *ἡλικίας* A 145 in Additamento; 17, 7 *σοφιαν* A 145 in Additamento pro *σοφίᾳ* A 59 in ordine; 17, 8 *ρετορας* A 59 in ordine pro *ῥήτορος* A 145 in Additamento; 22, 16 *πλανα* A 158 in Add. pro *πλαγεια* (= *πλάγια*) V 166 in ordine; 42, 13 *dici* V 120 in ord. pro *didici* A 136 in Add.; 42, 14 *mi* A 136 in Add. pro *mihi* V 120 in ord.; 42, 20 *huc* A 136 in Add. pro *hoc* V 120 in ord. nonnumquam etiam

1) Octo sunt epistulae, quarum quattuor iam dederat scriba in libro Ad M. Caesarem. memoratu dignum videtur Arionem non esse epistulam, quod fecit ut in fine codicis exaratus sit.

vocabulum omisit librarius: p. 17, 7 τι om. A 59 in ord.; 21, 18 σοι om. A 59 in ord.; δὲ om. p. 22, 9 A 157 in Add. et p. 23, 14 A 163 in Add.; 22, 10 ἢ om. V 166 in ord.; 23, 1 ἂν om. V 166 in ord.; 23, 8 μὲν om. V 165 in ord.; 42, 16 *nec* A 136 in Add., *necdum* V 120 in ord. tribus locis librarius plura vocabula omisit: p. 23, 6 ἤδη ὅθεν om. A 158 in Add.; 23, 17 οὐδὲ γράφεσθαι ῥᾳδίω om. A 163 in Add.; 42, 22 *loco eodemque* om. V 120 in ordine. sed vere variant lectiones his locis: p. 22, 13 habet V 166 in ordine καὶ τὴν τῶν ἀκοντίων, quod tamquam scholion A 157 recte omisisse videtur; 22, 7 καὶ recte A 157 in Add., ιξ V 166 in ord.[1]); 23, 12 λέγω rectius A 158 in Add., λέξω V 165 in ord.; 42, 10 *quorum* A 136 in Add., quod secunda manus in *quorsum* correxit, *cur* V 120 in ord.; 42, 11 *nunc* recte V 120 in ord., *quid* A 136 in Add.; 42, 13 *amares* V 120 in ord. melius quam *amas* V 136 in Add.; 42, 19 *etornare* (= *extornare*) melius V 120 in ord. quam *ornare* A 136 in Add. orthographiae Frontonianae interest quod p. 42, 11 V 120 in ord. habet *scribundum* et A 136 in Add. *scribendum*. tres epistulas librarius bis in ipso corpore epistularum praebet: Ad amicos II 2 et 3 et 4; praeter nonnullas omissiones est una varia lectio: p. 187, 12 A 292 habet *scribam*, A 340 *scriberem ad te*, quod manus secunda in *scribam ad te* correxit.

5. De pristina orthographia manus primae

Pristinum modum scribendi affectat prima manus.[2]) ab ea discedere propterea nolui, quia quod illa manus praebet solum fundamentum est certum editori. attamen quaeri potest, num ipse Fronto sic scripserit, et haud pauca sunt, unde non ita rem se habere arbitreris.[3]) nam secunda manus, quae aliis codicibus usa textum primae manus correxit, semper fere formas pristinas in usitatiores mutavit. his de formis et his de locis agitur:

I) scribitur *ei* pro *i*: a) in dat. et abl. plur. primae decl. *-eis* in *-is* corr. m^2: p. 66, 25 *perguleis taberneis* (iuxta *mensulis* et *fenestris* m^1); 68, 10 sq. *lecteis prius oratiunculeis Tullianeis*; 155, 3 *roteis*; 203, 10 *magnificis . . . rebus scribendeis*; 204, 10 *Carreis* m^1, *Carrhis* m^2; 214, 2 *caerimonieis*; 228, 1 *concheis*. b) in gen. sing. sec. decl. *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 67, 4 *osculei*; 83, 4 *corpusculei*; 93, 1 *ingeniei tui*; 93, 12 *ingeniei tuei*; 98, 21 *agrei*. contra p. 43, 9 *Pergamei* m^2, *Pergami* m^1. c) in nom. plur. sec. decl. *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 96, 21 *Graecei*[4]); 157, 4 *oculei*; 159, 9 *nummei*. d) in dat. abl. plur. sec. decl. *-eis* in *-is* corr. m^2: p. 66, 24 *meis frivoleis*; 66, 25 *protecteis* (iuxta *vestibulis*); 79, 19 *Asianeis*; 91, 26 *oculeis*; 150, 20 *vinculeis*; 213, 12 et 214, 4 *spectaculeis*; 213, 13 *ludicreis . . . serieis*; 213, 15 *congiarieis*; 214, 2 *ludeis*; 233, 1 *prateis*; 249, 7 *alieis*. nota p. 42, 18 *unceis* V 120 m^1 in ordine (*uncis* m^2), sed *uncis* A 136 in Additamento, unde apparet duos codices habuisse *uncis*, unum *unceis*. at contra

1) Cf. supra p. XXIX adn. 2.

2) De orthographia Frontoniana scripserunt: Anonymus in: Jenaische Allg. Lit.-Zeitung 1817, 180 sqq.; Mai, qui edit. secundae tertiaeque indicem orthographicum adiunxit a Nabero repetitum; W. Weissbrodt, Quaestiones grammaticae II, Progr. Braunsberg 1872, 18 sq.; Th. Schwierczina, Frontoniana, Diss. Vratislaviae 1883, 47, 1; L. Dalmasso, L'arcaismo nell'Octavius di Minucio Felice, Riv. di Filol. 37, 1909, 23 sqq.; Haines in edit. II 362; F. Hache, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. kl. Altert. 231, 1931, 2. Abt. 8; J. F. Westermann, Archaische en archaistische Woordkunst, Nijmegen – Utrecht 1939, 111 sq.; M. van den Hout, Mnemos. 1, 1948, 61 sq.

3) Vide infra p. XXXIII et LXXV.

4) Fortasse *Graece* voluit m^1, nam p. 72, 18 *tardiusculei* pro *tardiuscule* scribit.

p. 103, 5 *pigreis* m^2, *pigris* m^1. e) in dat. sing. tertiae decl. *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 86, 24 *petentei*; 223, 7 *hospitei*; 236, 11 *servilei* (iuxta *erili*). f) in abl. sing. tertiae decl. *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 135, 16 *sollertei*; 220, 14 *Samnitei.* g) et acc. plur. et nom. plur. tertiae decl. nonnumquam in *-is* terminant; quam formam in nominativo plerique editores non admittunt, sed cum neque codicibus manu scriptis neque inscriptionibus priscis aliena sit[1]), eam cum codice nostro retinere ausus sum. secunda manus nonnisi acc. plur. *-is* in *-es* correxit duobus tantum locis: p. 53, 24 *omnis*; 106, 6 *laudantis.* item duobus locis eadem manus formas *-eis* in *-is* correxit: p. 84, 9 *nataleis*; 212, 10 *precanteis.* h) in inf. praes. pass. *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 37, 6 *protelarei*; 87, 28 *progredei*; 95, 5 *prodigei*; 113, 10 *improbarei*; 191, 16 *obtruncarei.* i) in perf. indic. *-ei* in *-i* correxit m^2: p. 72, 18 *consumpsei*; 230, 20 *indixtei.* k) in dat. sing. pronominum *-ei* in *-i* corr. m^2: p. 74, 11 *mihei*; 168, 25 *illei.* l) *sei* m^1, *si* m^2: p. 45, 8; 81, 6; 87, 10; 115, 12; 120, 8(?); 168, 26; *nisei* m^1 p. 228, 11, *nisi* m^2. m) in substantivis: p. 103, 21 *veitae* m^1, *vitae* m^2; 134, 3 *Seisenna* m^1, *Sisenna* m^2.

II) De *o* et *u*: passim scribit *quom* m^1, quod semper fere in *cum* correxit m^2. p. 172, 5 *quotiensquomque* m^1, *-cumque* m^2; 67, 6 *comprimis* m^1, *cumprimis* m^2; 96, 7 legebant Mai et Studemund *comfestim*, sed Haulero auctore scripsit *cumfestim* m^1, *confestim* m^2, quod veri simile non est. in nomin. sing. secundae decl. m^1 scribit nonnumquam *Tullios* et *aequom* et alia talia; uno tantum loco *-os* in *-us* correxit m^2: 82, 2 *salvos.*

III) De *o* et *e*: p. 241, 17 m^1 habet *praevortit*, m^2 hanc formam non correxit, sed adnotat in alio codice legi *praevertit*; itaque duo codices habebant *praevortit*, unus *praevertit.*[2])

IV) De *oe* et *u*: p. 91, 7–8 (ex oratione Catonis) scripserat m^1 *inpoene*, quod in *inpune* correxit m^2, item p. 195, 15 m^1 habet *poeniendum* et adnotat m^2 in alio codice legi *puniendum*, quae lectio eodem modo explicanda est atque supra in voce *praevortit.*

V) De formis *-undus* et *-endus* gerundivi: quamquam prima manus saepius formas in *-undus* desinentes habet, duobus tantum locis eas corrigit secunda: p. 38, 15 *proferunda*; 42, 11 *scribundum* scripsit m^1 in ordine, quod in *scribendum* correxit m^2; at in Additamento (A 136) eadem manus prima habet *scribendum.* in codice Paris. Lat. 12161 (p. 137, 1) legitur *capiscendae.*

VI) De superlativis in *-(is)sumus*: nonnumquam m^1 scribit *proxumus* et alia talia, quae m^2 non corrigit. at p. 98, 10 (e Sallustio) m^1 habet *modestissime* quod m^2 in *modestissume* corrigit.

VII) De verbis compositis et de assimilatione: manus prima plerumque formas assimilatas praebet, secunda contra formas dissimilatas adamat: p. 48, 18 *adfabili* m^2, *affabili* m^1; 89, 25 *conloquemur* m^2, *colloquemur* m^1; 114, 16 *conplexus* m^2, *complexus* m^1; 146, 19 *inperfecta* m^2, *imperfecta* m^1. itaque diverso modo codicum scribae has formas tradiderunt, quod etiam hisce locis demonstratur: 42, 9 scripsit m^1 in ordine (V 120) *conpegisse*, sed in Additamento (A 136) *compegisse*; 157, 5 m^1 habet *comvenientes*, at m^2 adnotat in alio codice legi *convenientes.*

VIII) Nomin. *arbor* legitur p. 29, 15; at 191, 20, ubi de legibus vetustioribus agitur, legimus *Quaenam est arbos arborisque felicitas? arbor scilicet fecunda* etc.; ad *arbor* adnotat m^2: *in alio: arbos.*

---

1) Cf. imprimis F. Neue – C. Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache I^3, Leipzig 1902, 375sqq.; F. Sommer, Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre, Heidelberg ^{3}1914, 382.

2) Vide infra p. XLI sq. ubi de lectionibus ex aliis codicibus sumptis disputabimus.

6. De ceteris quae orthographiae codicis propria sunt

Non solum in rebus quae ad pristinam rationem scribendi pertinent duae manus nostri codicis multum inter se differunt: sunt et alia utriusque manus singularia.

1) in substantivis in *-ius* et *-ium* desinentibus prima manus formas contractas praebere solet, quas secunda plerumque immutavit. in gen. sing.: p. 87, 22 *gaudi* m^1, *gaudii* m^2; 88, 3 et 28 *ingeni* m^1, *ingenii* m^2; 97, 14 *Tulli* m^1, *Tullii* m^2; 97, 14 et 146, 8 *Sallusti* m^1, *Sallustii* m^2. in nomin. plur.: 85, 18 *Porci et Tulli* m^1, *Porcii et Tullii* m^2; in dat. et abl. plur.: 43, 5 *somnis* m^1, *somniis* m^2; 151, 6 *negotis* m^1, *-tiis* m^2; 175, 8 *iudiciaris* m^1, *-riis* m^2. sic quoque p. 151, 10 *sententis* m^1, *-tiis* m^2.

2) Plur. vocis *deus* prima manus scribit *dei*, secunda *d(i)i*: p. 50, 4 *dei* m^1, *dii* m^2; 67, 13 *dei* m^1, *di* m^2; 72, 10 *dies* (sic) m^1, *diis* m^2; 81, 13 *dehis* m^1, *diis* m^2; 218, 21 et 235, 23 et 236, 22 *deis* m^1, *dis* m^2.

3) semper manus prima scribit *tantopere* et *quantopere* et item semper secunda corrigit in *tanto opere* et *quanto opere*.

4) *prosus* et *prorsus*, *rusus* (*-um*) et *rursus* (*-um*) scribit manus prima; duobus locis formas vulgariores correxit m^2: p. 66, 3 *prosus* m^1, *prorsus* m^2; 81, 12 *rusum* m^1, *rursum* m^2.

5) sescentis locis manus secunda orthographiam vulgarem primae manus correxit, quos enumerare non libet. quaedam autem singularia sunt, sicut p. 6, 12 *sto* m^1, *isto* m^2; 55, 16 *stic* m^1, *istic* m^2; 173, 18 *stas* m^1, *ista* m^2; 32, 10 *isiste* m^1, *iste* m^2; 76, 8 *inisisto* m^1, *insisto* m^2; 56, 4 *issuavissima* corrigere omisit m^2. huc pertinere videtur 19, 2 *instructuraequae* m^1, *structuraeque* m^2

In apparatu critico semper adnotabimus, quid prima manus scripserit, quid secunda mutaverit. ut autem eos quibus talia cordi sunt adiuvem, sequitur nunc conspectus rationis scribendae codicis Frontoniani, eorum scilicet locorum, ubi secunda manus nihil mutavit:

AE pro *E*: semper fere per *AE* scribuntur haec vocabula: *praecari* (cum derivatis), *com-*, *de-*, *repraehendere*, *interpraetari*, *praetium*. superlativa in *-issimae* desinentia: p. 8, 17; 38, 12; 55, 26; 61, 1; 64, 9 et praeterea 8, 2 *pulcherrimae*; 14, 17 *summae*. *-quae* pro *-que* legitur 60, 26; 199, 7. singulis locis scribitur *aegrae* 128, 15; *Aegrilio* 174, 1; *aequitibus* 224, 6; *faeras* 98, 6; *inpraessioni* 77, 25; *paenuria* 210, 21.
E pro *AE*: saepius legitur *que* pro *quae*. in superlativis: 118, 11 *optime amplissimeque*. *herere* 31, 22; 58, 11; *ledere* 37, 13; 38, 1; *questor* 26, 23; 111, 10. singulis locis legitur *babe* 3, 8; *finiende* 130, 13; *iste* 4, 10; *Nevius* 26, 16; *nevolos* 89, 15; *opere* 118, 15; *palestrica* 39, 17; *prevenis* 52, 12; *querere* 59, 16; *representavi* 165, 6; *tedio* 61, 23.
E pro *I*: *desceptavi* 166, 22; *hersutum* 128, 10; *intellegentia* 174, 11; *palleolatim* 154, 16.
I pro *E*: *viniae* 48, 19; 226, 19; *liniamenta* 87, 20; *mattiis* 228, 2.
I pro *U*: *contibernio* 172, 5; *diliculo* 3, 25; *reciperata* 184, 14; *vocilam* 160, 8.
I et *Y*: *Sybillae* 5, 9; *sicophantae* 143, 3; *mirtum* 219, 5.
O pro *U*: *cotornicum* 141, 19; *pericolosum* 146, 8.
U pro *O*: *cluacas* 154, 13; *tuleraret* 110, 23.
BS pro *PS*: saepius in *scribsi* et in derivatis. semel *reabse* 111, 19.
PS pro *BS*: *apstinere* et eius derivata 109, 17; 110, 5; 158, 8. singulis locis: *apsque* 78, 21; *apsentiam* 111, 11; *opsecro* 110, 3; *opsidionum* 211, 9.
BT pro *PT*: persaepe in *scribtus* et eius derivatis. semel *obtabile* 14, 17.
PT pro *BT*: *opterunt* 163, 22; *optuli* 102, 13; *suptiliter* 8, 12; *suptemen* 236, 11.
B pro *V*: *uba* 60, 24; 178, 19; *berba* 97, 4; 159, 8; *absolbere* 44, 12; 107, 11; *habe* 42, 4; 63, 12; *iubenis* 177, 15; 198, 8. in perfecti formis: *consudabimus* 62, 17; *gargarissabi*

62, 13; *laudabi* 59, 16; *postulabi* 36,19; *respirabi* 109,19. alia: *lebare* 82,17; 196,9; *adiubant* 118, 22; *ferbidius* 195, 12; *nobellae* 226, 19; *saebit* 134, 5; *statiba* 11, 15; *betustis* 159, 11 (?).
V pro *B*: in formis futuri: *agitavis* 86, 12; *existimavis* 215 ,8; *moderaveris* 19, 7; *tractavitur* 79, 4; alia: *civus* 74, 13; 137, 21; *valistis* 191, 15; *valneo* 80, 21; *veluarum* 40, 16; *laudavilior* 80, 15; *lavoris* 149, 1; *notavili* 104, 9.
CI pro *TI*: *concione* 138, 5; *propicia* 173, 23.
C pro *G*: *Cavius*: 164, 11 et 13.
C pro *QU*: *obsecuntur* 110, 17.
D pro *T*: nonnullis locis scribitur *ad*, saepius *adque*; *quod* 155,7; *oberrassed* 6, 12.
T pro *D*: saepius *aput*, paucis locis *at* et *set*; *haut* 57, 28; 58,18 ; nonnullis locis *istut*, *illut*, (*ali*)*quit*, *aliut*. semel *quotsi* 66, 20.
H omittitur aut additur aut falso loco ponitur: *exeredatum* 10, 24; *oram* 28, 2; *habe* 42, 4; 63, 12; *sepulchra* 209, 2; *incohantur* 97, 10; *aetere* 227, 16; *exametros* m¹, *exhametros* m² 21, 3; *Demostenen* 27, 7; *pyrrica* 9, 2; *cartham* 20, 19; *chitaram* 59, 9; *rethore* 20, 6; semel *his* pro *is* 20, 11.
K: *karissime* 165, 3; *Korneliani* 170, 24 (?).
LL pro *L*: *sepellitur* 11, 31.
L pro *LL*: *valistis* 191, 15.
M pro *MM*: *accomodat* 142, 1.
MS pro *MPS*: *contemseris* 144, 2; *demsit* 189, 16; *insumsi* 63, 15.
MT pro *MPT*: *adsumta* 162, 4; *expromtam* 138, 12; *promte* 131, 11; *sumtu* 90, 14; *Pomtinum* 145, 7.
MT pro *NT*: *volumtarium* 117, 10.
N additur vocali *A* et *E*: *manlui* 238, 18; *thensauris* 95, 4.
PP pro *P*: *repperies* 59, 3.
P pro *PP*: *operirentur* 167, 6; *suplicis* 212, 15.
Q pro *C*: *qum* 132, 11; 178, 12; *qur* 123, 11; 155, 13; 224, 17; *quum* 207, 16.
Q pro *QU*: *reliqum* 194, 11.
T pro *TT*: *matiis* 228, 2.
XS pro *X*: *exsuvias* 214, 3.
X pro *Z*: *Xeno* 134, 8.
ex epistulis Graecis nonnisi exempla itacismi affero quae manus secunda non correxit: *ακρειβες* 52, 2; *ειμειρετο* 7, 6; *νεικησεν* 6, 16; *οδυσσιαν* 6, 13; *επιδικτικον* 49, 13; *μειλα* 7, 1.

7. De manu antiqua

Non solum prima manus saepius vocabula erasit emendavitque, sed aliae quoque postea idem fecerunt, quarum veterrimam Edmundum Hauler sequentes 'manum antiquam' appellabimus. et prima et antiqua manus scripserunt litteris uncialibus, quo fit ut haud facile discerni possit, utrius manus correcturam legamus; quo accedit quod antiqua manus raro tantum aliquid emendavit.[1]) haec manus eiusdem temporis est atque prima.

8. De manu secunda et de codicibus quibus usa est

Cum ei qui Frontonem ediderunt manum antiquam non perspexerint, etiamnunc manum secundam appellabimus, quae plurimas et graves

1) Cf. Hauler, Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 61, 1910, 677 et 680.

notas in margine scripsit cursiva semiunciali nonnihil inclinata. in ipso quoque textu eadem manus haud pauca correxit litteris semiuncialibus non cursivis. variis modis delevit: modo lineam rectam obliquamve per litteras delendas exaravit, modo expunxit punctis suprascriptis. alibi litteras erasit aut suas addidit et haud raro statim scripturam primae manus correxit. notas scripsit manus secunda in quattuor marginibus nec non in intercolumniari. quae notae singula vocabula inusitata repetunt aut sententias Frontonianas nonnullis verbis interdum omissis; argumenta quoque brevissima in margine scripsit. praeterea diorthotae parte functa est: saepenumero supra lineam aut in margine varias lectiones praebet ex aliis codicibus Frontonianis nunc deperditis, quas ita indicat: *in alio* aut *ex alio* aut *in aliis* aut *alibi* aut *in alio* (*sic*) *habet.*[1]) cum autem de ratione quae est inter eos codices comparatos nihil noverimus, a prima manu non recessimus nisi ubi manifeste errat, sicut faciendum putavimus in rebus orthographicis. notae manus secundae ibi maximi momenti sunt, ubi in margine sententia praebetur quae in ipso textu non iam legi potest. eadem manus secunda verba interpunxit, hoc scilicet signo: ⟩; cum litteras transponere vult, id hoc modo facit, e. g. p. 90, 7 $\overline{em}$ = *me*, sed talia raro inveniuntur.

Ipsa ratio corrigendi adnotandique atque scriptura huius manus indicat eam brevi post primam manum operam suam textui dedisse[2]), id est sub annum 500 vel paulo post. epistulis praeter Graecas – nam has manus secunda raro tantum emendavit – correctis singulis libris, quatenus videre possumus, subscripsit. primam subscriptionem quae nobis servata est habemus in fine tertii libri Ad M. Caesarem (p. 52, 14); in V 175 Mai ita legit:

Caecilius s⟨ae⟩pe ⟨r⟩ogatus
legi emendavi[3])

anno 1858 cum G. N. du Rieu novam collationem pararet, horum ver-

1) Talia plerumque per compendia scribuntur: *a*; *i a*; *in a*; *i al*; *in al*; *ex al*; *i alio.*

2) Cf. Mai, edit. 1823, XV; Studemund, Epistula II, 1; Hauler, Verhandl. d, 43. Versammlung 79; Serta Harteliana 266; Brzoska, RE IV 1, 1338; E. Höhne. Die Geschichte des Sallusttextes im Altertum, Diss. München 1927, 45. Du Rieu solus (apud Naber XIII) putat manum secundam brevi ante rescriptionem, id est sub annum 700, scripsisse. exstat adnotatio huius manus quae Edmundo Hauler, Wien. Stud. 34, 1912, 253sq., causa fuit ut eam medio saeculo sexto attribueret: ad verba enim Frontonis p. 154, 9 *primoribus labris* haec in margine scripsit: *primoribus labris: facit nominativum singularem 'hoc primor labrum'*. cum autem omnes grammatici atque ipse Priscianus (III 468, 12 Keil; cf. etiam I 33, 1; 327, 30; V 428, 7 et Neue-Wagener, Formenlehre I 662) *primores* nonnisi plurale tantum agnoscant, Hauler putavit correctorem nostrum post Priscianum vixisse; quod vero vix quisquam, opinor, ex tali notitia eruere volet.

3) Specimen huius subscriptionis exstat apud Mai, edit. 1823, XV; litterarum *ae* et *r* vestigia tantum dispicere potuit; 'nomen quidem', inquit, '*Caecilius* evidentissimum in codice est', ibid. 86.

borum nihil fere legi poterat[1]) neque Brakman quicquam aperuit. ex chartis autem ineditis, quas Studemund et Hauler reliquerunt, apparet nomen Caecilii non tam certum esse quam Mai volebat: Studemund nomen haud dispexit et pro *saepe rogatus* legere sibi visus est *paptrigatus* vel *laptrigatus*. Hauler legit primo *Caecilius* (vel *defe.lius*) *Dexter saepe* (potius quam *Asper*) *legatus*, postea autem codice rursum inspecto *haec ibidem collata prerogatus*, ipse in charta photographica nihil nisi tenuissima vestigia vocis *emendavi* legere potui. cum manifestum sit Haulerum nihil certi legisse, vix operae pretium videtur aliquid de grammatico quodam somniare[2]), quamquam nonnemo de Appio Nicomacho Dextro aut de Nicomacho Flaviano, qui fuit *praef. urbi saepius*[3]), aut de Vettio Agorio Praetextato cogitabit. memoratu sane dignum videtur quod corrector hic demum post librum tertium nomen suum posuit, cum et priores libros emendaverit neque postea iam se nominaverit. subscripsit *legi emendavi qui supra* p. 68, 15; 152, 15; 160, 13; 168, 30; 186, 7; 201, 3; 214, 17; 226, 4; 242, 8; *emendavi* 85, 22; *legi emendavi* 104, 21; 240, 20; *legi* 234, 14; *recognovi* 96, 10. ceterae subscriptiones cum foliis perierunt.[4]) quamquam subscriptiones inter se differunt, tamen corrector idem in omnibus libris effecit; ceterum *legi* fere idem valet atque *emendavi*.[5])

Praeter codicem, quem manui primae debemus, saeculo quinto certe quinque codices Frontonis in usu erant[6]): codex quem adhibuit prima manus ut in Additamento nonnullas epistulas adderet, et quattuor codices quibus secunda usa est.[7]) hanc manum non codicem Additamenti adhibuisse, ut textum corrigeret, facile demonstrare possumus:

---

1) Cf. Naber 57, 6.

2) Quod de Caecilio fecit Mai in ed. secunda 86, 2; in tertia de grammatico L. Caecilio (Caesellio) Vindice cogitavit. vide in app. crit. quae proposuerunt A. Reifferscheid (ineditum); L. Havet, Le reviseur du MS. de Fronton, Revue de Philol. 10, 1886, 189; cf. praeterea O. Jahn, Über die Subscriptionen in den Handschriften römischer Classiker, Bericht ü. d. Verhandl. d. kön. sächs. Gesellschaft der Wiss. zu Leipzig, phil.-hist. Cl. 3, 1851, 360; K. Sittl, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. class. Alterth. 55, 1888, 240 sq.

3) CIL VI 1783 = Dessau 2948.

4) Post librum ad Verum I (p. 117, 12) corrector subscriptionem oblitus esse videtur.

5) Cf. W. Lindsay, Collectanea 10; 28.

6) Omitto nunc duos codices Gallicos, de quibus agemus p. LXXIII sqq.

7) Cf. J. E. G. Zetzel, The Subscriptions in the Manuscripts of Livy and Fronto and the Meaning of Emendatio, Class. Philol. 75, 1980, 49–57: 'the corrections', inquit, 'are the first proofreading of the manuscript, possibly the fruits of reading it against its own exemplar. The collations are the result of consulting other sources, whose value Caecilius could not know; they are marked as noteworthy, but not necessarily to be believed'; idem, Latin textual Criticism in Antiquity, New York 1981, 230. lectiones secundae manus aestimare conatus est L. Ehrenthal, Quaestiones Frontonianae, Diss. Regimontii Prussorum 1881, 16, 49. manifeste errat Lucianus Müller, Literarisches Centralblatt f. Deutschland 1868, 538, qui affirmat secundam manum non collatis exemplaribus, sed suo Marte codicem emendavisse.

p. 16, 15 cum in ordine (A 59) tum in Additamento (A 145) manus prima omisit *ὂν*, quod in A 59 manus secunda addidit; p. 17, 1 et A 59 et A 145 habent *παρωχηκεν*, sed A 145 *παρώιχηκεν* m^2; p. 17, 3 A 59 et A 145 habent *εἰς*, A 145 m^2 *ἐς*; p. 23, 9 in ordine (V 165) *ωνομαζενε*, ut videtur, in Additamento (A 158) *ωνομαζοντε*, V 165 m^2 *ωνομαζεν*; 42, 8 et in ordine (V 120) et in Additamento (A 136) legitur *demiseris*, V 120 m^2 recte *dimiseris*; 42, 10 in ordine (V 120) *cur*, in Additamento (A 136) *quorum*, A 136 m^2 rectius *quorsum*. ubi igitur lectio Additamenti et correctura manus secundae inter se congruunt, scribae e communi fonte hauserunt et praebent veram lectionem: p. 22, 15 m^1 V 166 *επαινεισαι*, A 158 (Addit.) et V 166 m^2 recte *ἐπαινεῖσθαι*; 42, 9 *quod* A 136 (Addit.) et V 120 m^2, omisit V 120 m^1; 42, 12 *obsecundum* V 120 m^1, A 136 (Addit.) et V 120 m^2 recte *obsecundet*; 42, 15 *ego* V 120 m^1 in ordine, *lego* recte A 136 (Addit.) et V 120 m^2; 42, 15 *equidem* V 120 m^1, sed A 136 (Addit.) et V 120 m^2 recte *et quidem*; 42, 15 *una* A 136 (Addit.) et V 120 m^2, omisit V 120 m^1; 42, 18 *unceis* V 120 m^1, *uncis* A 136 et V 120 m^2; 42, 22 *ia* V 120 m^1, *id* A 135 (Addit.) et V 120 m^2; uno tantum loco correctura secundae manus cum lectione in ordine congruit: 42, 15 *vibo et reso* V 120 m^1, *vibo et resto* V 120 m^2, in A 136 (Addit.) est monstrum *egresu.*

Ubi manus secunda *ex aliis* codicibus varias lectiones profert, ei minimum tres codices praesto erant:

18, 11 *in alio: lecti oratoris* et simul *in aliis: virtus oratoris*; 19, 8 *in alio: eloquentiae perfectae*, at *in aliis:* ⟨*factum in*⟩ *eloquentia est.* e pluribus etiam codicibus varias lectiones affert manus secunda hisce locis: 14, 22 *alia dignitate sunt* m^1, *in alio habet: in Portunia lata* (?) m^2, quae in margine addit: *in alio sic habet: alia dignitate grati* (?) *in Portunio*; 20, 7 *philosophum* recte m^1, *in aliis: Polemonem* m^2; 63, 20 *dixero* m^1, *in aliis: dicas* m^2; 104, 6 *exde* m^1 quod in *ex* corrigit m^2 quae adnotat *de in aliis*; apparet ergo manum secundam correcturam suam *ex* non *in aliis* invenisse. inde supra iam statuere potuimus manum secundam quattuor codicibus usam esse: uno ex quo statim lectiones manus primae correxit et tribus *aliis.* 158, 5 *postquam* m^1, *retro iam* m^2 quae praeterea addit *ex alio: retro ad arida*, et simul: *ex alio: sensu duro pressit*; 158, 5 *qui* m^1 cum duabus notis secundae manus: *in alio: qui est* et *in alio: ubi.* 157, 16 apparet manum secundam accuratissime res administravisse: *Gallicanus* m^1 et bis idem adnotat m^2: *ex alio: oratoriae magister* et *in alio: oratoriae magister*; in duobus igitur codicibus invenerat lectionem *oratoriae magister.* uno ex codice proferri videtur quod dicit manus secunda ad p. 177, 1, ubi manus prima habet *si cupio* (pro *cum Pio*) *familiarius egeris: in alio: si properabis cum Pio*, et *in alio: familiarius agere.*

Correcturas quas manus secunda ultro profert, vocabulis *in alio* (*in aliis*) non additis, alio e codice oriundas esse ac eas quas *in alio* invenerat hi loci demonstrant:

4, 3 *extra rationem* m^1, *extare rationem* recte corrigit m^2 quae addit: *legitur in alio pro extra rationem: extare rationem*; 6, 12 *lacu* m^1, *aegro* m^2 quae addit *in alio: ipsa nebula*; 15, 15 *aut Adurselii* (?) m^1, *D.* (?) *Aurelii* m^2, *in alio: Plautii*; 16, 1 *Appelles* m^1, *Apelles* m^2, *in alio: Apella*; 16, 2 *nihil* m^1, *nili vi* m^2, *alius: nihili*; 19, 8 *eloquentiam* m^1, *eloquentia* m^2, *in alio: eloquentiae perfectae*; 19, 15 *isa* m^1, *ita* m^2, *alius: haec ibsa*; 30, 18 *item odium* m^1, *idem odeum* m^2, *in alio: odium*; 48, 16 *qua tum* recte m^1, *quantum* m^2, *in alio: quantam*; 53, 12 *unguirum* m^1, *unguium* recte m^2, *in alio: dolorum*; 104, 6 *exde* m^1, *ex* m^2, *de in aliis*; 141, 5 *eloquentiam vero multi in caelo diligent* m^1, *eloquentiam vero multi in caelo diligunt* m^2, *in alio: verum in caelo eloquentiam diligunt dii*; 141, 23 *veverum* m^1, *verum* m^2, *in alio: at*; 158, 2 *lustrantibus* m^1, *quirites* m^2, *ex alio: quiritibus*; 158, 3 *Tiberis est Tusce* m^1, *Tiberi* (?) *est Fusce* m^2,

ex alio: Tiber es procax; 158, 5 *postquam* m^1, *retro iam* m^2, *ex alio: retro ad arida* et *ex alio: sensu duro pressit*; 158, 5 *constitit is* (?) m^1, *constare it ipse* m^2, *ex alio: constare* aut *substat*; 158, 5 *omnibus* m^1, *omnibus aquis est* m^2, *ex alio: omnium aquarum*; 187, 18 *uteris ut* m^1, *utor vix* m^2, *in alio: auditor*; 187, 18 *spectate* (?) m^1, *spectata* m^2, *in alio: spectator.* raro correctura manus secundae cum lectione *in alio* consonat et his quoque locis manus secunda accurate indicare voluit se eandem lectionem in duobus codicibus invenisse, et in codice ex quo statim manum primam correxit et *in alio*: 19, 16 *lectionum* m^1, *lectione* (?) m^2, *in alio: lectione*; 158, 2 *factum est opus inexsuperabile* m^1, quod in *facta est canalis tali mole praestabilis* corrigit m^2 et addit: *in alio*: *facta est canalis tali mole praestabilis.*

Correcturae quas profert manus secunda aliae sunt bonae, aliae pravae, ambiguae aliae.

Recte correxit p. 6, 3 *φίλα* m^2, *σκιλα* m^1; 20, 4 *Tullianis* m^2, *tu alienis* m^1; 20, 8 *peratticum* m^2, *peranticum* m^1; 19, 2 *structurae* m^2, *instructurae* m^1; 28, 9 *Plautus* m^2, *duplatus* m^1; 31, 14 *lautum* m^2, *latum* m^1; 37, 5 *praebere* m^2, *debere* m^1; 45, 3 *res lucrosa* m^2, *via ludiosa* (?) m^1; 45, 6 *haberem* m^2, *deberem* m^1; 62, 11 *cultura Catonis* m^2, *cultu factionis* m^1; 63, 16 *iuvantibus* m^2, *luctantibus* m^1; 72, 4 *Graius* m^2, *Caius* m^1; 80, 1 *ex forma* m^2, *eaorma* m^1; 86, 16 *optine* m^2, *optime* m^1; 104, 10 *Axium* m^2, *auxilium* m^1; 130, 9 *quadamtenus* m^2, *quattuor* m^1; 157, 14 *M* m^2, *C* m^1; 158, 1 *hyaenas* m^2, *leones* m^1; 160, 9 *raro Tullius* m^2, *sapori altius* m^1; 181, 7 *fateri* m^2, *fratre* m^1; 189, 17 *modum* m^2, *meream* m^1; 193, 4 *artata* m^2, *parva* m^1; 213, 15 *placari* m^2, *pucari* m^1.

Aliis locis vix discernas, utrum secunda an prima manus meliorem lectionem praebeat: 2, 13 *dispositius* m^1, *dis potius* m^2; 4, 4 *oritur* m^1, *munitur* m^2; 5, 6 *ductuus* m^1, *ductus* m^2; 14, 19 *plebis* m^1, *plebeis* m^2; 16, 2 *pictura* m^1, *picturae* m^2; 18, 8 *postulante* m^1, *postulanti* m^2; 19, 3 *inpudentia* m^1, *inpudenti* m^2; 20, 19 *musculus iste* m^1, *mustela ista* m^2; 32, 11 *magistratus* m^1, *magistratum* m^2; 45, 3 *ac* m^1, *et* m^2; 55, 18 *omnibus* m^1, *omnium* m^2; 60, 19 *desideres* et *ames* m^1, *desideras* et *amas* m^2; 61, 14 *Pulchrae* m^1, *Dulciae* (?) m^2; 61, 16 *bibli[s]othecabus* m^1, *bibliotheca* m^2; 97, 4 *epanaphoris* m^1, *epanaphora* m^2; 113, 11 *abolere possem* m^1, *aboleri posset* m^2; 115, 3 *currissem* m^1, *properassem* m^2; 128, 3 *clipeus* m^1, *arcus* m^2; 130, 7 *structio* m^1, *positio* m^2; 130, 8 *baleat* m^1, *soleat* m^2; 130, 10 *hastandus* m^1, *explicandus* m^2; 133, 5 *discrepanti* m^1, *discrepante* m^2; 147, 8 *plerique* m^1, *plures* m^2; 159, 10 *cuiusque* m^1, *eiusque* m^2; 159, 16 *est* m^1, *erit* m^2; 160, 10 *respexi* m^1, *aspexi* m^2; 175, 2 *meliore* m^1, *maiore* m^2; 203, 15 *prudentiae* m^1, *experientiae* m^2; 209, 6 *omissas* m^1, *amissas* m^2; 232, 4 *hominum* m^1, *hominibus* m^2. etiam ubi manus secunda nonnullas litteras aut unum vocabulum addit, dubitari potest, num ista additamenta necessaria sint: p. 10, 2 *sal. d.*; 15, 4 *patre*; 41, 19 *sumuntur* m^1, *adsumuntur* m^2; 53, 19 *dein* m^1, *deinde* m^2; 55, 14 *eius*; 67, 10 *ex*; 75, 3 *adhuc*; 92, 12 *ante* m^1, *antea* m^2; 118, 13 *istis.*

Certo deterior est lectio manus secundae hisce locis: 2, 1 *concitato* (?) m^1, *diuturno* m^2; 2, 6 *illo* m^1, *illi* (?) m^2; 2, 7 *quo* m^1, *qui* m^2; 3, 4 *loci* m^1, *loco* m^2; 5, 17 *dominum meum* m^1, *dominatus heredem* m^2; 5, 22 *contra somnum pro insomnia* m^1, *pro somno ac somnio* m^2; 10, 11 *novitatem* m^1, *opus* m^2; 13, 9 *exposta* m^1, *ex pasta* m^2; 15, 8 sq. *tantum flammae ad amandum incussisset* m^1, *tanta flamma adamasios percussisset* m^2; 18, 11 *hic* m^1, *haec* m^2; 19, 8 *umquam* m^1, *eximia* m^2; 19, 12 *orationi* m^1, *orationis* m^2; 19, 13 *exercetur* m^1, *exerceatur* m^2; 20, 19 *transui* m^1, *tra(ns)didi* m^2; 21, 8 *male* m^1, *malo* (?) m^2; 25, 18 *et* m^1, *id* m^2; 29, 14 *catachannam* m^1, *catachansam* m^2; 39, 2 *hoc* m^1, *huc* m^2; 40, 13 *futurum* m^1, *factum* (?) m^2; 41, 19 *plerumque* m^1, *plerisque* m^2; 42, 7 *ac* A Vm^1, *et* Vm^2; 43, 16 *locum* m^1, *lucum* m^2; 58, 8 *labere* m^1, *labare* m^2; 60, 19 *quom* m^1, *quod* m^2; 62, 2 *pituitosus* m^1, *pituita ipsus* (?) m^2; 72, 7 *genus* m^1, *genui* m^2; 74, 7 *et* del. m^2; 79, 21 *propria*

m^1, *proprio* m^2; 85,17 *portum* m^1, *Porcium* m^2; 95,10 *an* m^1, *ac* (?) m^2; 114,23 *lubens* m^1, *fervens* m^2; 134,3 *Coelius* m^1, *Caelius* m^2; 141,3 *quam* m^1, *quod* m^2; 148, 13 *tutum* m^1, *tuta* m^2; 174, 20 *id te* m^1, *item* m^2; 176,3 *laudatoris* m^1, *praedicatoris* m^2; 178, 4 *fugit* m^1, *fallit* m^2; 181, 1 *in* m^1, *et* m^2; 183, 5 *adamari* m^1, *amari* m^2; 184, 11 *comflictatus* m^1, *commoratus* m^2; 190,22 *Isidori Lusiae* m^1, *asidurasusia* (?) m^2; 192, 1 *bacis* m^1, *baca* m^2; 193, 8 *antequam decurio* m^1, *ante quis curio* m^2; 193, 17 *perconstare* m^1, *testibus instare* m^2; 213, 7 *nescio si* m^1, *nisi* m^2; 215,16 *incomtius* m^1, *incautius* m^2; 215,22 *non* del. m^2; 230,4 *tamen* m^1, *attamen* m^2; 231,10 *quisque* m^1, *cuiusque* m^2; 237, 1 *animam* m^1, *auram* m^2; 242, 1 *haec ita dicerent* m^1, *haec dixissent* m^2; 242, 2 *aperte* m^1, *aperta* m^2; 242, 7 *composita* m^1, *compositi* m^2; 245, 27 *δή* m^1, *τη* m^2. vocabula a manu secunda addita supervacanea videntur his locis: 19, 1 *lebigata habeat*; 21, 2 *is*; 27, 13 *aliqua*; 37, 13 *in*; 37, 19 *ut*; 42, 7 *callide*; 57, 4 *A.*; 112, 16 *ipse.*

Multi sunt loci quibus clarius perspicere possis lectiones manus secundae non esse vere varias lectiones, sed potius exornationes vel explanationes vel accommodationes ad sermonis consuetudinem.[1]

Scholiastae verba olim margini adscripta fuisse puto explanationes quales sunt p. 5,17 *dominatus heredem* m^2, *dominum meum* m^1; 5,22 *ad tua* addidit m^2; 15,13 ad *Scipioni* addidit *minori* m^2; 15, 15 ad *Aelii* addidit *ex Baecola* m^2; 18,12 ad *eloquentiae* addidit *suasoriae* m^2; 20, 7 ad *Polemonem* addidit *peripateticum* m^2; 29, 3 ad *sexaginta* add. *libros* m^2; 61, 16 ad *frustra* add. *mittis* m^2; 178, 1 ad *tropos* add. *multi generis* m^2; 212, 23 *ad Balcia Tauri* fortasse scholion est ad *retro*; 242, 5 ad *delphino* add. *pisci* m^2. alibi correctura manus secundae nihil aliud esse videtur atque explanatio quaedam vel vox usitatior: 3, 7 *putasne ullus* non admisit m^2 et correxit *post certe nullus*; 5, 1 *passim* m^1, *sparsim* m^2; 6, 13 *faciunt* m^1, *efficiunt* m^2; 9, 5 *petam* m^1, *plagam* m^2; 26, 17 *alia* fortasse addidit m^2, ut indicaret de alia epistula nunc agi atque antea; 29, 3 *inibi* m^1, *in eo* m^2; 36, 15 *et* m^1, *set* m^2; 60, 20 *mittes* m^1, *mittito* m^2; 61, 16 *mittis* add. m^2; 63, 6 *me* ad *converto* add. m^2; 67, 10 *ea re* m^1, *ex ea re* m^2; 102, 5 *capies* m^1, *capere potes* m^2; 118,11 *tam* (quod vim adversativam non habere videtur) manus secunda non intellexit et in *tamen* correxit; 130,12 *immissis* m^1, *remissis* m^2; 157,11 *dignitati servire quin* m^1, *dignitate sublata* (?) *servire posse si* m^2, quae explanatio minus idonea videtur; 158, 4 *undarum* m^1, *aquarum* m^2; 182, 5 *pessime* (= valde) non intellexit m^2 et scripsit *aptissime*; 182, 10 *pervenit* est verbum inpersonale, quod non admisit m^2 et correxit *pervenisti*; 185,22 *et* m^1, *etiam* m^2; 189,21 *verumne* m^1, *falsumne* m^2; 236, 1 *hoc idem* m^1, *hocne* m^2; 241, 4 *partis* m^1, *paratis* m^2; 242, 3 est locus memorabilis: *bisu* m^1 in *visu* correxit m^2, tum suprascripsit *aspectu.* veras coniecturas habemus 6, 12 *lacu* m^1, *agro* m^2; 146, 2 *inedita* m^1, *insolita* m^2.

Alibi manus secunda aut eius exemplum textum adornare voluit, non solum scribendo *prorsus* pro *prosus*, *rursum* pro *rusum*, *mehercule* pro *mercule* (p. 62, 11), *poetari* pro *poetare* (30, 11, nisi est error manus primae), sed etiam mutando constructionem syntacticam aut stylisticam. sic praebet coniunctivum potentialem pro indicativo p. 13, 19 *aestimas* m^1, *aestimaveris* m^2; 37, 20 *putas* m^1, *putes* m^2; 184, 5 *scis* m^1, *scias* m^2; 188, 2 *possum* m^1, *possim* (?) m^2. sed et alia: p. 10, 19 *ibi* transposuit; 11, 11 in enuntiato interrogativo *nonne* pro *non* scripsit; 13, 7 *detrahitur* m^1, *detrahetur* m^2; 36, 24 *conprobabis* m^1, *probabis* m^2 ut repetitio evitetur; 37,17 *dicendum* m^1, *dicendum est* m^2; 60, 20 *mittes* m^1, *mittito* m^2; 63, 6 *me* add. m^2; 157, 16 *deliberarent* m^1, *deliberantis induceret* m^2.

---

1) Cf. A. Garzya, Maia 10, 1958, 334 de manu secunda: 'La tutta l'aria di risalire a un interpolatore sistematico e non a tradizione genuina.'

Iis locis, ubi Fronto verba scriptorum aliorum laudat, idem studium videmus vindicandi textum receptum: manus secunda semper ad vulgatas editiones recurrit, etiam ibi ubi vix defendi possunt. 6, 18 recte cum vulgata Homeri *αἶψ'* m^2, *αιν* m^1; 6,18 *ϑύελλα* m^2, *ϑυλλα* m^1; 6, 18 *φέρεν* m^2, *ἔφερεν* m^1; 7, 6 *ἱμείρετο* m^1 et perperam addidit m^2 cum vulgata Homeri *ἧς γαίης ϑανέειν*. falsas lectiones manus primae corrigit m^2 in textu Horatii p. 20, 14sqq.: *postus* m^1, *potus* m^2; *e* add. m^2; *corruptus* m^1, *correptus* m^2. maioris momenti sunt correcturae manus secundae, quibus vulgatam editionem Sallustii restituit: 98, 17 *atque* m^1, *et* m^2; 99, 9 *traditus* m^1, *traditur* m^2; 100, 4 *insequerentur* m^1, *sequerentur* m^2; 100, 8 *munere* m^1, *munire* m^2; 100,22 *his* m^1, *eis* m^2; 101,1 *Graecis Latinis* m^1, *Graecis et Latinis* m^2. notabilis locus est p. 98, 6: manus prima cum codicibus Sallustii habet *ferire* (idem habuisse videtur exemplar manus secundae, quippe quae nihil mutaverit), sed *in alio caedere* legebatur.

De lectionibus quae *in alio* aut *in aliis* inveniebantur idem fere dici potest atque de lectionibus ipsius manus secundae: modo sunt meliores quam primae, modo deteriores, modo ambiguae.

Meliores sunt p. 4, 3 *extare* recte m^2, *extra* m^1, *legitur in alio pro extra rationem extare rationem*; 10, 3 *nego* m^1, *in alio: ne ego*; 15,10 *quod* m^1, *in alio: quot*[1]); 15,15 *aut Adurselii* (?) m^1, *in alio: Plautii*; 16, 2 *nihil* m^1, *alius: nihili*; 18, 9 *praepollet* m^1, *in alio: praevalet et praepollet*; 18, 12 *recta eloquentia* m^1, *in aliis: rectae eloquentiae*; 19,16 *lectionum* m^1, *in alio: lectione*; 21, 10 *morum mea* m^1, *in alio: mea* (sine *morum*); 29, 1 *vespere* m^1, *in alio: vespera*, ut apud Charisium; 40, 22 *bonorum* m^1, *in alio: honorum*; 60, 12 *pacem* m^1, *alibi: apicem*; 61, 5 *gravissime* m^1, *in alio: carissime*; 85, 11 *exhibent* m^1, *in alio: eximent*; 104, 6 *de ex* m^1, *ex* m^2, *de in aliis*; 130, 8 *sata* m^1, *in alio: fata*; 130, 9 *depista* m^1, *alius: depicta*; 134, 1 *inaesualis* m^1, *in alio: inaequalis*; 140, 1 *acitis* m^1, *in alio: scill placitis*; 158, 2 *lustrantibus* m^1, *ex alio: quiritibus*; 158, 5 *qui* m^1, *in alio: qui est* recte, et item *in alio: ubi*; 161,9 *parte* m^1, *in alio: adipisci* recte additur (cf. 164,20 *depicisci*); 176, 22 *scribtitantem* m^1, *in alio: scribtitantium*; 177,8 *eduxerit* m^1, *in alio: perduxerit*; 177,15 *adtentum* m^1, *adtentus alius*; 177, 18 *resolatus* (?) m^1, *in alio: consolatus*; 181, 14 *conti* m^1, *in alio: contenti*; 182, 15 *in alio: te* quod omiserat m^1; 184, 5 *saepe* m^1, *in alio: perperam* 185, 19 *meruerit* m^1, *in alio: meruerat*; 186,2 *diserit* m^1, *in alio: dixerit*; 187,2 *sesebo* m^1, *in alio: servabo*; 187, 4 *diliges* m^1, *in alio: diligenter*; 187,18 *spectate* m^1, *in alio: spectator*; 188, 3 *intellegent asylo ut* m^1, *in alio: recreari* (recte) *asinario* (perperam); 191, 19 *arbori* m^1, *in alio: arborisque*; 192,16 *subiacentia* m^1, *in alio: absentia*; 192,16 *gneus* m^1, *in alio: adgnatis:* 193,17 *pestus* m^1, *in alio: certus*; 194, 9 *quantum* m^1, *in alio: quantulum*; 204, 2 *disciplinae* m^1, *in alio: tamen disciplina*; 214, 4 *et* m^1, *alius: in* (i. e. *et in*); 241, 12 *autscultaret* m^1, *in alio: auscultaret*; 241, 13 *citharam* m^1, *in alio: ceteram:* 241, 19 *in alio: ac* (scil. additur); 241, 24 *accipi* m^1, *in alio: acciri*; 254,18 *φυτοην* m^1, *in alio: φυτῶν* (?).

Ambiguae lectiones *in alio* sunt hae: p. 5, 2 *at* m^1, *in alio: at vero*; 16, 1 *A(p)pelles* m^1, *in alio: Apella*[2]); 19, 7 *facies* m^1, *in aliis: tu facies*; 19, 7 *modo temperamentoque optimo* m^1, *in aliis: optimo modo ac temperamento*; 20,18 *versus* m^1, *in alio: versus iam*; 31, 8 *plane* m^1, *alibi: sane*; 48, 19 *itaque* m^1, *ita in alio*; 62, 20 *matercula* m^1, *in alio: matercella*; 141, 21 *rem* m^1, *alius: res*; 141, 22 *veverum* m^1,

1) Minutissimas quoque res manum secundam non neglexisse manifestum est et hic et alibi, et rursus animadvertimus hanc manum accuratissime egisse: non correxit *quod*, quia in suo exemplari eandem lectionem invenerat, sed solum adnotat *in alio quot* legi.

2) Cf. *Geryona* p. 59, 5.

verum m[2]; *in alio: at*; 157,5 *comvenientes* m[1], *in alio: hoc convenientes*; 191,19 *arbor* m[1], *in alio*: *arbos*; 195,15 *poeniendum* m[1], *in alio: puniendum*; 241,17 *praevortit* m[1], *in alio: praevertit.*

Quamquam haud paucae lectiones *in alio* vitiosae sunt, tamen corrector sua arte dignus eas omittere noluit: 10, 6 *vix* m[1], *in alio: mox*; 10, 11 *argutam* m[1], *in alio: astutam*; 19, 5 *quibus purpura et cocco uti* m[1], *in aliis: purpura veluti* (?); 19, 11 *pepererit* m[1], *in alio: reperiam*; 20,6 *exhibuisti* m[1], *in alio: exhabuisti*; 21, 2 *ait* m[1], *in alio: is* (*ait*); 28, 12 *subsentatores* m[1], *in alio: subtentatores*; 30, 18 *odium* m[1] = *odeum* m[2], *in alio: otium*; 51, 16 *desiderio tuo* m[1], *in alio: desiderii tui* (voluitne *desiderio tui*?); 62, 10 *ergo* m[1], *in alio: ego*; 65, 26 *levior* m[1], *in alio: leviter*; 98, 6 *ferire* m[1] cum codd. Sallust., *in alio: caedere*; 147,10 *longe* m[1], *in alio: longae*; 157,13 *examinat* m[1], *in alio: examinentur*; 158, 3 *Tiberis est Tusce* m[1], *ex alio: Tiber es procax*; 158,5 *qui* m[1], *in alio: qui est* (recte), at *in alio: ubi* (perperam); 177, 1 *si cupio* (pro *cum Pio*) *familiarius egeris* m[1], *in alio: si properabis cum Pio familiarius agere*; 177, 19 *honore* m[1], *in alio: familiaritate*; 188, 3 *intellegent asylo ut* m[1], *in alio: recreari* (recte) *asinario* (perperam); 188, 4 *epistolicotata* m[1], *in alio: epistulicotata*; 192, 9 *neglegere* m[1], *in alio: neclegere*; 195, 1 *aptius* m[1], *in alio:* (*aptius*) *quam*; 241, 22 *miraculo* m[1], *in alio: miracula.*

Supra vidimus correcturas manus secundae textum hic illic explanasse vel adornasse et pro elocutionibus minus usitatis usitatiores restituisse. idem factum est haud paucis locis, ubi *ex alio* lectio varia profertur. tales lectiones vix ipsius Frontonis retractationi debemus, quippe qui epistulas suas non ediderit[1]), sed nescio cui grammatico posterioris aetatis.

Scholiastae explanationes habes p. 4, 18 *educantur* m[1], *in alio: evocantur*; 6, 12 *lacu* m[1], *agro* m[2], *in alio: ipsa nebula*; 9, 14 *facultate fandi*, *in alio: eloquentia*; 9, 14 *eleganti* m[1], *in alio:* (*eleganti*) *oratione*; 10, 9 coniciendo manus secunda aut eius exemplum textum quem non intelligebat sanare conata est: *alio modŏ* (non *modō*) m[1], *in alio: mox*; 10, 9 *ad negotium opus sibi esset* m[1], *in alio: arcesseretur*; 10, 15 *periculum* m[1], *in alio:* (*periculum*) *publicum*; 14, 22 ex *alio* additur *in Portunio* et *in templo*; 18, 11 *oratoris* m[1], *in alio: lecti* (*oratoris*); 19, 4 *colore muliebri* m[1], *in aliis: colore effeminata*; 19, 4 *purpuream* m[1], *in aliis: purpureo colore*; 19, 8 *eloquentiam* m[1], *eloquentia* m[2], *in alio: eloquentiae perfectae*; 19, 14 *tolutim* m[1], *in alio: palestrice levando pedes*; 19, 15 *isa* m[1], *ita* recte m[2], *alius: haec ibsa*; 20, 7 *philosophum* m[1], *in aliis: Polemonem*; 53, 12 *unguirum* m[1], *unguium* recte m[2], *in alio: dolorum*; 141, 5 *eloquentiam vero multi in caelo diligunt* m[1], *in alio: verum in caelo eloquentiam diligunt dii*; 157, 16 *Gallicanus* m[1], *ex alio: oratoriae magister* et iterum *in alio: oratoriae magister*; 158, 1 sq. *eodem hoc verbo* m[1], *in alio: graviore sensu*; 158, 2 *exclamavit* m[1], *ex alio: peroravit*; 158, 5 *postquam* m[1], *retro iam* m[2], *ex alio: retro ad arida*, et *ex alio: sensu duro pressit*; 158, 5 *omnibus* recte m[1], *omnibus aquis est* m[2], *ex alio: omnium aquarum*; 158, 5 *princeps* recte m[1], *ex alio: fluvius princeps fere Italiae*; 158, 5 *ovilia* (?) m[1], *in alio: urbis Romae saxis Palatini inhabitasse feruntur*; 177, 18 *serio* (?) m[1], *in alio: prope villam Hadrianam*; 180,16 *orationem istam pro Bithynis* m[1], *alius: Asianis testamentis*; 189, 5 *complectendae* m[1], *in alio: exercendae*; 241,16 *carminis fine* m[1], *in alio: carmine finito.* semel eadem explanatio et in codice manus secundae et *in alio* legitur: 158,2 sq. *factum est opus inexsuperabile* m[1], *facta est canalis tali mole praestabilis* m[2], *in alio: facta est canalis tali mole praestabilis.*

Textum adornare vel elocutiones usitatiores restituere grammaticus voluit his

---

1) Cf. infra p. LIX.

locis: 8, 16 *crocus* m^1, *in alio legitur crocum*; 10, 13 *coepi* m^1, *in alio: coeperim*[1]); 18, 12 sq. *eaque delenimenta . . . ne* m^1, *in aliis: neque ea delenimenta*; 19, 1 *mulcendis volgi auribus* m^1, *in aliis: auribus audientium mulcendis*; 19, 3 sq. *vestem . . . delicatam esse* m^1, quem acc. c. inf. notabilem non admisit grammaticus: *in aliis: vestis . . . delicata potius*; 19, 9 sq. *te studio exerces et labore* m^1, *in aliis:* ⟨*studio et*⟩ *labore te exerces*; 26, 15 *incitaverint* m^1, *in alio: incenderint*; 60, 9 *adtinet* m^1, *in alio: pertinet*; 62, 16 *conchim* m^1, *in alio: concham*; 63, 20 *dixero* m^1, *in aliis: dicas*; ad coniecturas quoque decurrit grammaticus: 10, 6 *vix* recte m^1, *in alio: mox*; 19, 1 *cum multo ac magno dedecore* m^1, *in alio: labore cum* (*multo* etc.); 48, 16 *qua tum* recte m^1, *quantum* m^2, *in alio: quantam*; 20, 8 plurium codicum archetypus habuit *tu dicas*, quod in *iudicas* recte mutavit Buttmann, at *in alio: existimas.*

9. De manu tertia

Cum initio saeculi nostri codex ablutus refectusque esset, Edmundo Hauler contigit ut tertiam manum detegeret saeculi sexti exeuntis, ut videtur. haec quoque manus cursivis litteris scripsit, sed pauca tantum adnotavit: sunt correctiones quarum de origine nihil constat. unam adnotationem grammaticam praebuit in margine p. 4, 15.

10. De foliis ordinandis


Editori magnum opus est et arduum restituere ordinem foliorum, quem qui codicem rescripsit confudit. praeterea cum multa folia legi non possint, alterius paginae finem cum alterius initio coniungere non possumus neque supersunt omnes praescriptiones foliorum notaeque quaternionum, quae nobis hac in difficultate subsidio esse possent.

In editione principe, cum partem Vaticanam nondum invenisset, Mai folia neglegentius ordinavit, ita ut etiam epistulas quae in uno eodemque folio leguntur distraxerit. quod cum Niebuhr animadvertisset, in editione sua pristinum ordinem restituere conatus est[2]), sed neque ipse codicem inspexerat neque scire poterat, quid adhuc in bibliotheca Vaticana lateret. quo factum est ut nova eius editio hac in re haud multum effecerit libellumque invectivum in talem editionem Mai scribere potuerit.[3]) postquam autem Mai partem Vaticanam codicis repperit, in secunda editione a quaternionum notis proficiscens epistulas meliorem in ordinem redigere potuit.[4]) post eum Samuel Adrianus Naber ordini foliorum omnem operam dedit[5]) et nonnulla feliciter correxit. pro mea parte in editione priore pristinum ordinem foliorum restituere temptaveram, sed


1) Cf. quae dixi de coniunctivo supra p. XL.
2) Cf. Niebuhr XII; titulo editionis suae addidit 'meliorem in ordinem digestas'.
3) Qui inscribitur De editione principe Mediolanensi operum Frontonis commentatio, in libro: Cicero Ambrosianis codicibus illustratus et auctus, Mediolani ^{2}1817, 11 sqq.
4) Notas quaternionum a se lectas dedit p. XIIII sq. et in margine editionis.
5) Cf. Naber XIV–XIX.

Bernhardus Bischoff[1]) postea demonstravit me neglegentius quam par esset rem tractavisse. cum neque argumenta singularum epistularum neque temporum ratio in foliis ordinandis magno usui sint, duae tantum res nos docere possunt, quis sit verus ordo: paginae in uno bifolio cohaerentes et nota quaternionum. ut vero codex Ambrosianus et Vaticanus purgaretur et levigaretur, bibliothecarii bifolia in duas partes dissecuerunt.[2]) at Naber[3]) nobis conspectum foliorum cohaerentium reliquit, unde posteritas noverit, quae paginae ad unum et eundem quaternionem pertineant.

In codice Vaticano paginae hoc modo cohaerent:



et in codice Ambrosiano hoc modo:



1) Der Fronto-Palimpsest 12sqq.
2) Vide infra p. LXIXsq.
3) XIVsqq.

148/147 134/133
149/150 163/164
155/156 157/158
161/162 151/152
180/179 166/165
182/181 196/195
216/215 226/225
218/217 224/223
222/221 220/219
228/227 214/213
229/230 243/244
238/237 236/235
239/240 233/234
241/242 231/232
246/245 260/259
252/251 254/253
256/255 250/249
258/257 248/247
264/263 274/273

266/265 272/271
268/267 270/269
276/275 262/261
278/277 292/291
280/279 290/289
282/281 288/287
296/295 306/305
302/301 300/299
304/303 298/297
308/307 294/293
320/319 314/313
322/321 312/311
0 324/323
330/329 336/335
332/331 334/333
338/337 328/327
340/339 326/325
342/341 356/355
344/343 354/353

350/349 348/347
352/351 346/345
374/373 388/387
378/377 384/383
380/379 382/381
386/385 376/375
394/393 400/399
396/395 398/397
402/401 392/391
404/403 390/389
412/411 414/413
418/417 408/407
420/419 406/405
422/421 436/435
426/425 432/431
430/429 428/427
434/433 424/423
444/443 446/445

Quaterniones codicis Frontoniani ex quattuor magnis foliis constant, quae ita complicabantur, ut octo folia vel sedecim paginas efficerent faciesque singulorum quaternionum carnosa esset.[1]) notae quaternionum (littera $\tilde{q}$ cum numero) in dextro angulo inferiore sunt. quae adhuc legi possunt, sunt hae:

1) Cf. Lowe, Cod. Lat. ad tab. 27; Bischoff, Der Fronto-Palimpsest 12sqq. quaternionis paginae ita componuntur, ut facies carnosa semper carnosae et facies pilosa semper pilosae opponatur.

A 92: *q̃ II*	V 99: *q̃ XI*	A 333: *q̃ XXXII*
A 56: *q̃ III*	V 95: *q̃ XII*	A 293: *q̃ XXXIII*[6])
V 167: *q̃ IIII*	A 405: *q̃ XXVI*[2])	A 305: *q̃ XXX⟨V⟩*[6])
V 111: *q̃ VII*[1])	A 389: *q̃ XXVII⟨I⟩*[3])	A 273: *q̃ XXXVI*[7])
V 227: *q̃ VIII*[1])	A 381: *q̃ XXX*[4])	A 253: *q̃ XXXVIII*[8])
V 187: *q̃ VIIII*	A 353: *q̃ XXXI*[5])	A 213: *q̃ XXXX*[9])
		A 133: *q̃ XXXXII*[10])

ultima nota quaternionis, si recte vidimus, exstat in A 133 (p. 251, 2); tum sequuntur octo paginae, id est dimidius quaternio, usque ad *felicter* p. 255, 6. habebat igitur codex Frontonianus XLII quaterniones et dimidium, id est 340 folia vel 680 paginas, quarum paginarum in Vaticano 106 supersunt, in Ambrosiano 282[11]); perierunt ergo 292 paginae. memorandum videtur non solum in A 73 (p. 255, 6) *felicter* manum secundam scripsisse, sed etiam in A 152 (p. 248, 12) post epistulam Graecam Frontonis ad Appianum. quod propterea fecisse videtur, quia eae tres epistulae quae post illam ad Appianum sequuntur (est Logos, uti dicunt, eroticus cum duabus epistulis introductoriis, quarum prior iam legitur inter epistulas ad M. Caes. lib. III et nunc in fine repetitur litteris minoribus scripta) non in omnibus codicibus exstabant.

---

1) Et Mai et du Rieu hanc notam legerunt; codice obscurato Ehrle, Codices e Vaticanis selecti III, 8 nihil dispicere potuit, neque Studemundo neque Haulero perspicua erat. in V 111 Hauler *q̃ XVII* legere sibi visus est, quod verum esse non potest.

2) Hanc notam primus vidit Bischoff 15.

3) Mai et du Rieu et Hauler legerunt *XXVII*; at Bischoff post duas hastas tertiam fortasse vel etiam quartam exaratam fuisse putat, i. e. *XXVIII* aut *XXVIIII*. cf. infra p. LIII.

4) Sic du Rieu et Bischoff; Mai notam non vidit. Hauler legit *q̃ XXXI*, sed ultima hasta minus certa est: fortasse id quod in adversa pagina scriptum fuit chartam penetravit.

5) Sic Hauler, Miltner, Bischoff; Mai in schedis suis habebat *q̃ XXXX*, et Maio Romae degenti Petrus Mazzuchelli (cf. Mai in edit. secunda 260, 2) affirmavit in A 353 legi *q̃ XXX*, cui du Rieu assentitur. at iam Naber 169, 2 viderat legendum esse *q̃ XXXI*, quia *q̃ XXX* iam in A 381 exstat.

6) Ita dubitanter Hauler, qui iterum *q̃ XXXIII* legere sibi visus est in A 305, quo loco *q̃ XXXV* fuisse mihi veri simile est.

7) Sic Mazzuchelli et du Rieu. Mai in schedis suis habebat *q̃ XXXV*. Hauler vidit *q̃ XXXVI* vel *XXXVII* vel *XXXVIII* vel *XXXIIII*; cf. et infra p. LVI adn. 3.


8) Ita Mai et Hauler; du Rieu et Brakman, Frontoniana II, 12, nihil dispexerunt. Naber 214, 4 coniecit legendum esse *q̃ XXXVII*; cf. infra LVII adn. 2.

9) Hanc notam solus du Rieu vidit.

10) Ita corrigo quod Hauler legere sibi visus est *XXXVII*; inde enim ab A 213, ubi *q̃ XXXX* legitur, duo quaterniones sunt.


11) Cf. supra p. XXIV.

Primus quaternio, i. e. 16 paginae, initio desunt; secundus praeter unum folium mansit:



in titulo epistulae Ad M. Caes. I 2 (p. 1, 9) Studemund[1]) legere sibi visus est *M. Caesar Imp. Frontoni / magistro meo Ī.* quod si verum esset, indicaretur initium epistulae primae vel libri primi. sed Hauler[2]) umbram fugacem istius numeri non a scriba Frontoniano profectam esse arbitratur.

In tertio quaternione Naber folia ita distribuit:



certum est A 65/66 55/56 folium esse externum, quandoquidem A 65 sequitur post A 92 et A 56 habet notam quaternionis. praeterea constat A 55 statim post A 63 sequi, unde statuere possumus A 58/57 64/63 secundum folium quaternionis fuisse. cum A 61 statim post A 57 et item A 55 statim post A 63 sequantur, A 61/62 59/60 tertium folium quaternionis esse debet. folium intimum periisse putat Naber, cum inter A 62 et 59 maior sit lacuna. at difficultates exstiterunt: in fine A 66 (p. 13, 2) Hauler legit *et⟨iamsi⟩ sua multi exempla,* quibus verbis succedere vix potest quod legitur in primo versu A 58 *de funere aliquid addamus.* itaque Hauler lacunam duarum paginarum post A 66 statuit, quod propterea verum esse non potest, quia A 58/57 64/63 secundum folium esse quaternionis vidimus. Hauler igitur erravit et *et⟨iamsi⟩ sua multi exempla* vera lectio esse non potest; ceterum in schedis ineditis haec verba incerta esse idem Hauler fatetur. folii autem deperditi medii fortasse pars est dimidium folium A 67/68 quod legi non potest.

Est et alia difficultas, ubinam desinat Ad M. Caes. lib. I et incipiat lib. II. apud Maium secundus liber incipit ab ea epistula quae in hac editione est II 2 (p. 17, 16)[3]), quod duplici de causa fecit, et quia II 2 a Frontone consule scripta est – omnes epistulae secundi libri Frontone consule scriptae esse videntur – et quia epistula Graeca quae sequitur (II 3 p. 21) cum foliis secundi libri cohaeret. Naber contra secundi libri initium in lacuna posuit post V 165 (p. 23, 18). ego in priore editione Naberum secutus sum, sed nunc una cum aliis[4]) credo argumenta Maii maiora esse

1) Epistula critica XXVIII.


2) In apparatu critico speciminis editionis inediti, quod imprimendum curavit Lipsiae anno 1899.

3) In lacuna quae est in medio quaternione III inseruit epistulam Ad M. Caes. III 9 et epistulas 7 ac 8 Additamenti et epistulam ad Herodem Atticum scriptam; quae omnia capere non posse quattuor paginas deperditas manifestum est.

4) Th. Mommsen, Die Chronologie der Briefe Frontos, Hermes 8, 1874, 199; C. Brakman, Frontoniana II, 27; R. Hanslik, Die Anordnung der Briefsammlung Frontos, Commentationes Vindobonenses 1, 1935, 23.

quam ut neglegantur. cum autem in priore laterculo A 60 epistula II 2 huius editionis (p. 17, 16) statim post epistulam Graecam ad Herodem scriptam sequatur, etiam haec epistula Graeca secundo libro attribuenda est, quod neque Mai neque ceteri animadverterunt. praeterea Hauler in schedis ineditis titulum paginae A 55 ita legit: *ad .... lib. II*, unde apparet A 59/60 et 64/63 eiusdem libri esse. tali autem divisioni unum obstat: epistula ad Herodem (II 1) appendix esse videtur epistulae Ad M. Caes. I 6.[1]) sed fortasse in lacuna ante Ad M. Caes. II 1 fuit epistula Marci (quae revera prima secundi libri fuit), qua Frontonem iterum hortatus est, ut consolatorias litteras ad Herodem scriberet. manifestum enim est Frontonem has litterulas invitissimum scripsisse.


Quaternionis quarti nonnulla folia scriba Actorum Concilii Chalcedonensis abiecit; quae restant ita coniunguntur:



V 166/165 168/167 folium externum fuit, nam V 166 statim post A 56 sequitur et in V 167 est nota quaternionis. V 160/159 174/173 intimum folium est, quia V 174 statim post V 159 sequitur. in lacuna post V 165, quae partim expletur textu Additamenti ita ut revera lacuna trium paginarum sit, Mai alteram epistulam ad Domitiam Lucillam (II 15 p. 32) posuit; Naber omnes epistulas Graecas in Additamentum reiecit. Maium propterea secutus non sum, quia epistula Graeca II 15 appendix epistularum II 13 et 14 esse videtur, cum epistula Graeca II 3 appendix epistulae Frontonis II 2 sit.[2]) praescriptio quae exstat in margine superiore A 168 (p. 27) docet hanc paginam secundi libri Ad M. Caes. esse.

Quinti et sexti quaternionis haec folia supersunt: A 110/109 108/107, quod est folium intimum, cum A 108 statim post A 109 sequatur (p. 31,8), et duo folia dimidiata: A 102/101 et A 106/105.

Mai folia ita ordinavit:




folia A 102/101 et A 106/105 sexto quaternioni attribuit. Naber Maium sequitur, sed eidem quaternioni sexto addidit folium dimidiatum A 104/103, perperam tamen, nam hoc folium dimidiatum continet duas epistulas ex corpore epistularum Ad M. Antoninum Imp. (p. 95–96), ut infra videbimus. Mommsen[3]) paginas

1) Cf. p. 13,15 *volo ut illi aliquid quod ad hanc rem adtineat pauculorum verborum scribas.*

2) Cf. p. 21, 12 *epistulam matri tuae scripsi, quae mea inpudentia est, Graece, eamque epistulae ad te scriptae inplicui.*

3) Chronologie 199 et 211; consentit Hanslik, Anordnung 26sq.

A 102/101 quinto quaternioni attribuit, ne Marci epistula II 8 (p. 28) longius abesset ab epistula Frontonis II 2 (p. 17), cui respondet.[1]) hoc igitur schema habemus:




duae epistulae quae leguntur in A 107 (p. 32) agunt de die natali Domitiae Lucillae celebrando, cui Cratia Frontonis uxor interfuit. in epistularum Additamento, i. e. in quaternionibus XLI et XLII, exstat epistula Graeca Frontonis ad Marci matrem die eius natali scripta, ubi Fronto dolet se cum uxore venire non potuisse. quam epistulam appendicem fuisse epistularum Ad M. Caes. II 13 et 14 mihi persuasum habeo, suo loco post A 107 nunc deperditam.[2]) hanc epistulam tres fere paginas occupare in Additamento videmus; epistulae autem Ad M. Caes. II 14 (p. 32, 16 sq.) prima tantum verba in extrema A 107 asservantur. probabile igitur videtur ex numero sex paginarum post A 107 deperditarum tres fuisse cum epistula II 14 et iterum tres cum epistula Graeca ad Domitiam Lucillam data. ita imaginem quamvis adumbratam quinti quaternionis finximus. in sexto vero difficultates etiam maiores sunt. ex eo quod supra diximus veri simile est A 106/105 quaternionis sexti esse, atque eo magis quod margo superior A 106 praescriptionem *Caes. Lib. II* habet; sed quo loco quaternionis hoc folium ponendum sit, nescimus. in eodem quaternione fortasse olim fuit Logos qui dicitur eroticus una cum altera epistula Latina introductoria, nam et altera introductoria nunc, praeter in Additamento, in libro III Ad M. Caes. exstat (p. 42, 5). quod cum nimis incertum sit, ea in Additamento (p. 249–255) manere malumus. ita quaternionis sexti nihil nisi hoc superest:

A 106/105 0 ⟨*q̃ VI*⟩


quamquam epistulae Ad M. Caes. II 16–19 (p. 34 sq.) non *Frontoni consuli* inscribuntur, tamen eas secundi libri esse constat, nam A 106 praescribitur *Caes. Lib. II.*

Finis libri secundi et initium tertii sine dubio in sexto quaternione post A 106/105 (p. 35, 12) fuerunt, nam sequens quaternio septimus totus libri tertii est. iam in solido stamus:




hoc in quaternione unum folium periit, ut bis lacuna binarum paginarum exstiterit. in V 175 incipit Ad M. Caes. Lib. IIII (p. 53); cuius libri cum praesto sit index epistularum, apparet solum initium primae epistulae periisse.

1) Cf. p. 29, 5 sq. cum p. 20, 6 sqq.
2) Ita quoque iudicat Hanslik, Anordnung 27.
3) Naber XVI falso V 111 ante V 112 posuit.




indice iuvante novimus initio huius quaternionis periisse epistulam Ad M. Caes. IV 9 et totam fere IV 10. in V 137 (p. 69) liber quintus incipit. ex indice libri statuere possumus post V 127 epistulas brevissimas V 4–20 periisse.



Inter quaterniones XII et XXV hiat ingens lacuna, sed nonnulla folia nobis restant cum epistulis Ad M. Antoninum Imp. et Ad L. Verum Imp. libri Ad L. Verum Imp. in quaternione XXII vel paulo ante initium ceperunt, ut infra demonstrare conabimur. Charisius[1]) memorat *Ad Antoninum librum V* et, si tot fuerunt libri Ad M. Antoninum quot Ad M. Caesarem[2]), singuli libri erant fere 31 paginarum[3]), qui numerus bene ad libros Ad M. Caesarem quadrat, ubi libri fere 35 paginas continent.[4]) folia quae supersunt e libris Ad M. Antoninum Imp. sunt haec: folium dimidiatum A 104/103, ubi in fine A 103 (p. 96, 10sqq.) est subscriptio perturbata *Epistularum M. Frontonis Epistularum Lib. II.* iam Mai[5]) et Niebuhr[6]) viderunt has reliquias esse ex libris Ad M. Antonin. Imp., sed minus recte putabant in A 103 finem primi libri et initium secundi indicari. in secunda editione Mai melius iudicavit et vidit hic esse finem

1) Vide Testimonium 26.
2) Sine ullo argumento Brzoska, M. Cornelius Fronto, RE 1320, 4 'Vermutlich', inquit, 'ist die Zahl noch größer gewesen'.
3) Novem quaterniones deperditi habebant 144 pag. et adde 13 paginas quae in quat. XII sunt.
4) Vix igitur veri simile est inter epistulas ad Antoninum et ad L. Verum Imp. umquam fuisse corpus epistularum ad Commodum Caesarem, sicut Mommsen, Chronologie 200, putabat; Brzoska 1320, 24 'Die mit Sicherheit vorauszusetzende Correspondenz mit dem Prinzen Commodus ist ganz verschwunden.' E. Champlin, The Chronology of Fronto, Journ. of Roman Stud. 64, 1974, 147 item sequitur Mommsenum.
5) Edit. princ. II 289.
6) 104.

secundi libri et initium tertii. postea Naber[1]) rursus omnia perturbavit assignando hoc folium fini libri secundi Ad M. Caesarem, quia paginarum numeri (104–103) melius ad numeros A 106/105 convenirent, quae paginae sunt in fine libri secundi ad M. Caesarem, tum quia Matidia vix vitam producere potuisset usque ad Antoninum imperatorem, postremo quia verba *Tum demum ἐγὼ θαρσήσω τοῖς βεβουλευμένοις, cum fuerint ab illo comprobata* (p. 96, 6 sq.) de Antonino Pio, non de L. Vero dici potuissent. primum argumentum nihil valet; secundum verum non est; quod ad tertium attinet: alibi quoque Marcus ostendit se cum socio regni imbecillo quam seriosissime agere. itaque post Naberum nemo umquam credidit has duas epistulas libro Ad M. Caesarem attribuendas esse.[2])



longe aliter Naber, paulo aliter ego in priore editione haec folia ordinavimus, sed ex eis quae Hauler[3]) publicavit nunc omnia certa sunt. praeterea idem Hauler affirmavit in schedis ineditis fuisse in V 143 notam quaternionis quae hodie legi non potest. istum quaternionem paene integrum in fine libri I Ad Antoninum Imp. posuissem, nisi index epistularum p. 86 indicare videretur ultimas quinque epistulas aliis de rebus agere quam de oratoriis. eadem de causa quaternionem secundo libro attribuere nolui et ita factum est ut eum in tertio libro posuerim (p. 96). praeterea superest folium intimum

A 239/240 233/234 ⟨q̃ ?⟩

quod quarto libro assignare cogor, nam in A 239 legitur *Legi emendavi* (p. 104,21) et incipit nescio qui liber Ad Antoninum.

Ut haud facile est extremis foliis epistularum Ad Antoninum Imp. proprium locum investigare, item vix certo ordine prima folia epistularum Ad L. Verum Imp. collocabis. duae autem res constant: fuerunt olim duo tantum libri Ad L. Verum, nam in A 445 (p. 117, 12 sqq.) legit Hauler in schedis ineditis *Expl. ad Verum Epistu⟨larum⟩ pr⟨ior lib⟩er ⟨Incipit⟩ M. Frontonis Epistul. ad Verum Imp. Aurelium Caesarem alter liber.*[4]) alter liber fere integer continuatur usque ad V 14/13 (p. 132), tum sequi-


1) 37, 4.

2) Cf. L. Müller, Literarisches Centralblatt f. Deutschland 1868, 539; Mommsen, Chronologie 199; C. R. Haines, On the Chronology of the Fronto Correspondence, Class. Quarterly 8, 1914, 114 et in edit. II 95; Hanslik, Anordnung 27.


3) Rhein. Mus. 54, 1899, 161 sqq.

4) Mai nihil nisi *ad Verum* et *M. Frontonis ad Verum Imp. Aurelium Caesarem* legere potuit, du Rieu *ad Verum* et *M. Frontonis*; Bischoff tacet. quamquam haec nomina ab eis discrepant quae Vero publice data sunt, tamen nihil mutandum censeo, cum scriptores quoque Historiae Augustae talia permiscuerint et perturbaverint. Frontonem ipsum id numquam scripsisse manifestum est.

tur lacuna sex paginarum, in qua finis secundi libri fuit.[1]) sed exstant tria folia quorum nullum in ista lacuna collocari potest: constat igitur haec folia primi libri ad Verum fuisse. adhuc omnes editores haec folia secundo libro attribuerunt, sed Bernhardo Bischoff auctore nunc certiores facti sumus.[2]) singula folia separatorum quaternionum fuisse videntur:




in epistulis huius quaternionis (p. 107 sqq.) de bello Parthico agitur. cetera folia eisdem de rebus agunt atque quaternio XXV: de amicitia, de morbis, de morte nepotis uxorisque Frontonis (p. 109 sqq.):




ut epistularum ordinem digereret, antiquus editor et argumentorum et chronologiae rationem habere conatus est; itaque non credo A 434/433 424/423 aut A 430/429 428/427 id folium intimum esse quod post A 421 deest.


Bernhardo Bischoff debemus quod nunc certiores facti sumus de iis quaternionibus qui foliis supra memoratis succedunt:



in A 445 (p. 118) incipit liber alter ad Verum; est una longissima epistula quae duabus paginis amissis in quaternione XXVI continuatur:




notam quaternionis in A 405 vidit Bischoff. iterum duabus paginis amissis haec epistula in V 14 continuatur:



1) Cf. infra p. LIII.
2) In editione sua Felecita Portalupi, quamquam Bernhardum Bischoff legit, etiamnunc haec folia secundo libro attribuit.

finis epistulae brevi post V 13 fuisse videtur, tum sequitur lacuna sex paginarum. cum V 14/13 4/3 non sit folium intimum, secundum folium quaternionis esse constat et, cum textus V 1 in V 4 continuetur (p. 134, 9), V 2/1 pars tertii folii est, non folii extremi ut Naber et Hauler putabant. V 2/1 et V 4/3 (p. 133, 5sqq.) Mai[1]) et Naber libro priori ad Verum attribuerunt, sed argumentum huius epistulae plane diversum est ab eo quod habemus in epistula ad Verum: est enim adhortatio ad rhetoricam colendam, cui rei argumenta Fronto e philosophia capit. pro certo igitur affirmare audeo post V 13 fuisse finem epistulae ad Verum et initium novi corporis epistularum ad M. Antoninum Imp., quod Niebuhr *De eloquentia* appellavit. Hauler in schedis ineditis errare videtur, nam in V 2 se hanc praescriptionem paginae legisse testatur: *Ad Imp.* ⟨*L.*⟩ *Aurelium Caesarem*; at litteram *L.* quam in lacuna supplevit potius *M.* fuisse suspicor. quod hic quoque Marcus falso Imperator Aurelius Caesar appellatur, revoco ad nomen quod antiquus editor L. Vero dedit.[2])

Sequens quaternio integer conservatus est:



quamquam non omnia folia certo inter se coniunguntur, tamen constat A 394/393 400/399 folium intimum esse[4]) et A 392 statim post 397 sequi[5]); praeterea pagina facie carnosa semper paginae facie carnosa opponitur et itidem pagina facie pilosa paginae pilosae. A 402 (p. 136, 10) legi non potest, sed fragmentum quod exstat in cod. Parisino Lat. 12161 p. 130 sine dubio Frontoni adscribendum est et hoc loco collocandum: adnotatio enim manus secundae in margine A 402 (p. 136, 23sqq.) idem habet atque id quod Bischoff[6]) in cod. Parisino detexit et ignoto auctori attribuit.

In A 389 Mai et du Rieu et Hauler legerunt notam *q̃ XXVII*, sed Bischoff post hunc numerum unam hastam vel etiam duas dispicere sibi visus est. cum autem numerum XXVII coniectura probabili iam quaternioni praecedenti attribuerimus, nunc in A 389 *XXVIII* scribere cogimur.[7]) post hunc quaternionem Naber duos quaterniones (finge nunc potius unum) sine vestigio periisse statuit; nam quaternionem XXX qui post lacunam sequitur ita ordinandum esse putabat:

---

1) In edit. secunda 170 a; at statuit nomine Veri Marcum designari; idem Haines II 47, 2: 'it reads like a letter to Marcus'; K. Vretska, Anzeiger f. d. Altertumswiss. 11, 1958, 19.

2) Cf. supra p. LI adn. 4.


3) Cf. supra p. XLVI.

4) Vide p. 139, 15.

5) Vide p. 141, 13.

6) Der Fronto-Palimpsest 29. antea hoc de fragmento Parisino dixerat A. Feder, Studien zum Schriftkatalog des hl. Hieronymus, Freiburg 1927, 29: 'Lesbar sind nur einige Zeilen auf p. 130, die von Arius und seiner Lehre handeln.'


7) Vix recte Bischoff 16, 30 putat in A 389 legendum esse *q̃ XXVII*⟨*II*⟩, et A 380 statim post 389 sequi; sic enim legit (p. 144, 3sq. et 146, 8sqq.): *ego illud praedico, quom plurimos amicos in hac disciplina tenueris, nullius ante, nisi unius* | *Caii Sallusti trita solo* ⟨*studio* vel *labore*⟩, *sensum dictu periculosum . . . protulisti*. per imprudentiam verba *nullius ante nisi unius* paginae A 389 attribuit, quae in A 380 legantur, et praeterea sententiam atque syntaxin violare videtur.




numerum quaternionis *XXX* viderunt du Rieu et Bischoff; Mai et Hauler nihil certi dispicere potuerunt. sed ordo verus esse non potest; Hauler enim in schedis ineditis demonstravit textum A 377 non in 386 continuari[1]) et ipse Naber, nisi temere in Maio fiduciam collocavisset, videre potuisset A 376 non statim post 385 sequi.[2]) praeterea Bischoff animadvertit A 378 et 383 paginas esse pilosas, cum tertii initium folii in pagina carnosa esse exspectares. duo folia ubi collocanda sint, plane constat:




nam A 380/379 382/381 externum folium est, quia in A 381 est nota quaternionis, et A 374/373 388/387 secundum folium esse necesse est, cum in A 387 De eloquentia finem habeat. ut vitiis Naberianis mederetur, Hauler in schedis ineditis ita folia ordinare conatus est:



sed A 378$^-$/377* 384*/383$^-$ [3]) non est intimum folium, quia textus A 377 non in 384 continuatur (p. 145, 7 sqq.), neque est secundum folium quaternionis XXX, nam hunc locum iam alio folio occupavimus. itaque pro certo affirmare possumus hoc folium non esse quaternionis XXX, sed XXVIIII. ubi A 386*/385$^-$ 376$^-$/375* collocandum sit, quaestio difficilior est: aut externum folium est aut tertium. at neque in quaternione XXX neque in quaternione XXVIIII[4]) folium externum esse potest. si tertium esset folium quaternionis XXVIIII, A 386 statim post 377 sequi deberet, sed textus prohibet. fuit igitur A 386/385 376/375 tertium folium quaternionis XXX, ut Hauler volebat.[5]) ergo hoc modo quaterniones XXVIIII et XXX ordinamus:




1) Cf. p. 145, 7 cum 149, 7.
2) Vide p. 150, 14 sq.
3) Asterisco faciem carnosam, lineola faciem pilosam indico.
4) Nam A 389 (p. 144, 4) non continuatur in A 386 (p. 149, 7).
5) Unde efficitur ut p. 149, 5 sq. id quod in fine A 373 legimus (*vere adhoc rectissimum e⟨st⟩*) excipiant verba *an tibi sae* in A 386; sed finis paginae incertior est quam ut id excludat.




in fine paginae A 387 explicit De eloquentia et incipit De orationibus, nam hic habemus subscriptionem quae ex parte interiit.[1]) titulus autem libri De orationibus exstat in A 351 (p. 160, 15).[2])


Postquam Mai res perturbavit, Naber folia sequentis quaternionis ita recte ordinavit:




in A 351 (p. 160) explicit De orationibus liber qui unam epistulam continet et incipiunt epistulae Ad Antoninum Pium. memoratu dignum est inter eas exstare epistulam Frontonis ad Gavium Maximum scriptam (p. 165), quae hic repetitur ex libro secundo Ad amicos, propterea quod est appendix epistulae ad Pium quartae, secundum quam autem poni non potest, quia in codice epistulae Ad Pium 5 et 6 antecedunt. tum certo ordine sequitur quaternio XXXII:



epistularum Ad Pium et Ad amicos quae sequuntur exstant indices, ut ordo quaternionis certus sit. post epistulas Ad Pium (p. 168) leguntur in A 340, 339, 338 tres epistulae Ad amicos scriptae, quae ex secundo libro Ad amicos repetuntur; eo cum ceteris editoribus has epistulas rettuli, cum neque appendices sint epistularum Ad Pium neque ad hoc corpus pertineant. hic itaque rursus apparet ordinem epistularum iam antiquitus haud constantem fuisse. in A 338 (p. 168,30 sqq.) leguntur post tres epistulas ad amicos subscriptiones primae secundaeque manus. sequitur quaternio XXXIII:




hoc in quaternione folium dimidiatum periit, sed ordo facile ex indice restitui potest. in A 293 (p. 181,17) scriba epistulam 17 praeteriit, cuius titulus initiumque in indice exstat. in sequenti quaternione Mai iterum folia perturbaverat, sed iterum Naber rem correxit:



1) P. 152, 13 sqq.; apparet corpus epistularum De eloquentia non posse conseri ei quod est De orationibus, uti Mommsen, Chronologie 200 voluit.

2) Quo pacto H. Peter, Die geschichtliche Litteratur über die römische Kaiserzeit, I, Leipzig 1897, 93, affirmare ausus sit plures libros De orationibus fuisse, non intellego.

notam quaternionis nemo dispexit, sed ordo foliorum non sine causa ita constituitur: A 278/277 292/291 est folium intimum et A 290 statim post 287 sequitur (p. 189, 18); praeterea ex indice ordinem epistularum cognoscimus.[1]) quaternionem qui succedit iam Mai recte ordinavisse videtur:



A 296/295 [2]) 0 304/303 302/301 300/299 298/297 0 306/305

q̃ XXX⟨V⟩

notam quaternionis solus Hauler vidit, sed quod legit *XXXIII* verum esse non potest, quia epistula septima huius libri Ad amicos iam in quaternione praecedenti incipit (p. 189, 9) et hic in paginis A 296 et sequentibus continuatur; finem capit in A 298, ubi incipit epistula octava (p. 197, 5). ceterum constat A 302/301 300/299 folium intimum esse (cf. p. 194, 16) et A 303 in 302 continuari (p. 193, 3).

Magnae sunt difficultates in quaternione sequenti. Naber folia ita ordinavit:

A 264/263 276/275 266/265 268/267 270/269 272/271 262/261 274/273

q̃ XXXVI

A 264/263 274/273 folium externum est, quoniam notam quaternionis habemus in A 273, quae *XXXVI* esse videtur.[3]) ceteroquin omnia ambigua sunt, nam nusquam in diversis foliis aliam paginam aliam subsequi constat. attamen argumenta quae leguntur in A 276/275 et 266/265 (p. 202, 5–204, 8) pertinere videntur ad prooemium Principiorum historiae. quo loco folium A 268/267 270/269 (p. 204, 8–

---

1) Quamquam non omnia certa sunt: videmus enim indicem omittere titulum initiumque epistularum 18 et 19 (p. 169, 13). praeterea certum non est A 280 statim post 293 praecedentis quaternionis sequi, nam alterum laterculum A 293 in versibus 20sqq. hoc praebet (p. 182, 11sqq.):

20 *tem mortali lucratus*
21 *erat*
22 }
23 } legi non possunt
24 }

post *erat* versus 21 vacuus esse videtur; vacuusne sit etiam 22 – uti saepius post finem epistulae – non liquet. si vacuus est, sic supplendum est:

23 ⟨*Fronto Cl. Iuliano sal.*⟩
24 ⟨*Nescio quo pacto fit*⟩


et tum post *fit* sequitur accusativus cum infinitivo; sin minus, hoc habes:

22 ⟨*Fronto Cl. Iuliano sal.*⟩
23 ⟨*Nescio quo pacto fit*⟩
24 ⟨*ut* . . . .⟩


2) Ita Naber XIX, at 194 primam posuit A 295, tum A 296, quem errorem iam animadvertit Brakman, Frontoniana II, 8.

3) Cf. supra p. XLVI. quia in A 264/263 (p. 201–202) explicit liber Ad amicos secundus incipiuntque statim Principia historiae, falso Mommsen, Chronologie 200, coniecit in A 273 legendum esse *q̃ XXXVII* et totum quaternionem XXXVI cum ceteris epistulis Ad amicos periisse.


205, 7) collocandum sit, valde dubium est atque nescimus, an folium sit intimum: in A 268/267 Fronto de clade apud Carrhas et de moribus gentium exterarum loquitur, in 269 exstat panegyricus Traiani; quae res plus inter se differunt quam ut copulari possint, praesertim cum Traianus demum in quaternione XXXVIII laudetur[1]); quamobrem Mai et ego in priore editione hoc folium in sequenti quaternione posuimus. cum autem huius quaternionis nihil supersit, invitus hoc folium cum Nabero in quaternione XXXVI retinui; nam quid prodest talem quaternionem constituere:



in quo nihil fere legi potest? igitur quaternio XXXVII sine vestigio periisse videtur, sed sequens nobis integer conservatus est:



quoniam A 257 in 256 continuatur (p. 211, 4) et 245 in 260 (p. 212, 21)[3]) et 249 in 248 (p. 215, 13), ordo totius quaternionis certissimus est.[4]) in A 249 Principia historiae expliciunt, incipiunt Laudes quae in sequenti quaternione pergunt:



hoc in quaternione scriba Actorum folium 241/242 231/232 non invertit, unde antecedit numerus paginarum minor. quod scriba folium non invertit, semper fere efficit ut paginae lectu difficiliores sint, et hac de causa nemo notam quaternionis vidit. in A 242 (p. 218, 1) incipit Laus neglegentiae, uti nota manus secunda in margine docet, sed ubi expliciat, manifestum non est, cum in paginis 230, 243 et 244 vix quicquam legi potest.[5]) quod autem A 236 (p. 220, 6) pars prooemii esse videtur,

1) P. 207, 20sqq.; 213, 1sqq., sed cf. etiam p. 205, 19.


2) Naber 214 numerum in *XXXVII* mutavit, unde ponere cogitur totum quaternionem XXXVIII periisse, id est 16 paginas fini Laudum fumi et pulveris deesse, nam primo in folio quaternionis XXXVIIII iam exstat initium Laudum neglegentiae (p. 218, 1). sed tanta lacuna parum convenit ad brevem narrationem quales laudes sunt, uti Mommsen, Chronologie 200 recte animadvertit.

3) Unde constat A 246/245 260/259 intimum folium esse.


4) Anno 1895 Hauler in fine A 251 (p. 209, 11) legere sibi visus est *pax*, cui voci succedere non potest *pertum* in A 258 (Hauler, Verhandlungen 83 et 85; Frontonianum 265 et 258). sed postea in ineditis locum retractavit et tum apparuit vocabulum *pax* incertissimum esse. in priore editione, cum Haulerum summum auctorem haberem, res male mulcavi.

5) Vanis nisus vana excogitavit Hanslik, Anordnung 46,85: ex p. 231,13 statuit Frontonem 'die Jugendschrift' Somni laudem composuisse, cum Fronto planissime contrarium dicat, tum putat istam Somni laudem fortasse in paginis inter Laudem neglegentiae et De bello Parthico fuisse. Fronto numquam Laudem somni composuit, quod ne ex p. 5, 22 quidem concludi potest: vide p. 8, 11 *pauca quae ego pro somno dixeram* in epistula scilicet deperdita.

suspicor De bello Parthico initium capere in A 244 (p. 220).[1]) ceterum moneo diversorum foliorum unam tantum paginam certo in alia continuari: A 237 in 229 (p. 218, 19). sequentem quaternionem iam Mai recte ordinavit:




in A 215 explicit De bello Parthico et in A 218 incipit De feriis Alsiensibus (p. 226). ultimos quoque quaterniones Mai facile ordinare potuit:



in A 165 (p. 242) Arion finem capit; in pagina sequenti A 157 incipit sine titulo Additamentum epistularum, quod inde a Maio falso inscribitur Epistulae Graecae. huius Additamenti epistulae maxima ex parte Graece scriptae appendices sunt, ut iam vidimus, priorum epistularum quae hic repetuntur; priores epistulae partim in lacunis perierunt. Naber epistulas quae bis leguntur omnes in Additamento dedit, qua in re eum non secutus sum. ex hoc Additamento colligere possumus manum primam non uno tantum exemplari usam esse ad textum describendum: aliud exemplar extitisse videtur quod non easdem epistulas continebat neque omnes eodem loco epistulas habebat.[2])

Finis textus Frontoniani in reliquis foliis est quae unum et dimidium quaternionem occupant:



post epistulam Frontonis ad Appianum legimus in A 152 (p. 248, 12) subscriptionem manus secundae *feliciter* et reliqua pagina vacua est. in A 136 sequitur epistula Latina propterea minoribus litteris scripta quod ex libro tertio Ad M. Caesarem (p. 42, 4) repetitur; succedit epistula item Latina in A 135 (p. 249). utraque pertinet ad epistulam Graecam Frontonis acephalam, quae hodie Ἐρωτικός appellatur. rursus apparet librarium in alio exemplari nonnulla Frontoniana invenisse quae postea addidit. numerum quaternionis solus vidit Hauler in A 133, sed quod legere sibi visus est, *XXXVII*, et incertissimum et improbabile est. post lacunam, quam

---

1) Verba *portio Lucullanae hereditatis* (p. 220, 1) ad res a L. Licinio Lucullo contra Parthos gestas referri posse vix credo.

2) Perperam H. Peter, Der Brief in der römischen Litteratur, Leipzig 1901, 128 'Die Hinausschiebung', inquit, 'der s. g. Epistulae Graecae . . . ist vielleicht durch äußere Gründe, etwa Unkenntnis der griechischen Schrift von Seiten des ersten Schreibers später veranlaßt worden', nam manus prima iam antea paucas epistulas Graecas suo loco scripserat.

Naber duarum paginarum putat, *Ἐρωτικός* in A 73 terminatur (p. 255). sequuntur nonnulli versus Latine scripti qui legi nequeunt, et denique iterum manus secunda scripsit *felic(i)ter.*[1])

11. De antiqua editione

Fronto neque ipse epistulas edidit[2]) neque edere voluit.[3]) quod non ipse edidit, iam ex quibusdam rebus externis iudicare possumus: ut pauca tantum afferam, numquam Fronto epistulam *Δευτέρα παρὰ Ἀππιανοῦ*

1) *Feliciter* indicat correctorem laborem suum in finem perduxisse. errat Zetzel, The Subscriptions 50, qui putat correctorem ideo hoc scripsisse, quia epistulas Graecas non emendavisset, sed revera nonnullis locis et textum emendavit et lectiones *ex alio* attulit.

2) Ita quoque iudicant J. Ch. F. Bähr, Geschichte der römischen Litteratur II^4, Carlsruhe 1869, 627 et L. Pepe in editione 26. Th. Mommsen, Chronologie 201 'Ob die Sammlung', inquit, 'von Fronto selbst veranstaltet und publicirt ist oder nach seinem Tode von seinen Freunden, läßt sich nicht mit Sicherheit feststellen. Für das Letztere kann man geltend machen, daß Fronto mehrfach sich darin als einen hochbejahrten dem Grabe nahen Mann bezeichnet (p. 86,26; 118,5sq.; 178,22; 200,7; 238, 6); für die erstere Annahme spricht der bei aller Mannigfaltigkeit des Inhalts wohlberechnete Plan des Werkes.' Haines edit. I, XVIII: 'It is impossible to subscribe to the view of Mommsen that it was Fronto himself.' R. Hanslik, Die Anordnung der Briefsammlung Frontos, Commentationes Vindobonenses 1, 1935, 46: 'Ob er oder ein anderer nach seinem Tode sie herausgegeben hat, wird sich kaum nachweisen lassen.' H. Peter, Der Brief 129: 'Es (ist) an sich (!) wahrscheinlich, daß diese (Briefe), die auf ein allgemeines Interesse rechnen konnten ... ins Publikum gekommen sind, wohl (!) noch zu Lebzeiten Frontos', et p. 131: 'Die letzte Ursache ihrer Veröffentlichung war die Eitelkeit des Fronto oder seiner Freunde und Verwandten.' P. Cugusi, Evoluzione e forme dell'epistolografia latina, Roma 1983, 246sq. dicit nullis argumentis nisus ipsum Frontonem De eloquentia, De orationibus, Ad amicos, Principia historiae, De bello Parthico, De feriis Alsiensibus, De nepote amisso edidisse, quod talia haud mediocriter lectores retinerent; postea e proximis familiaribusque quendam integram editionem curavisse. P. Steinmetz, Untersuchungen zur römischen Literatur des zweiten Jahrhunderts nach Christi Geburt, Wiesbaden 1982, 154: 'die offenbar von Fronto selbst besorgte Edition'.

3) C. R. Haines, edit. I, XI: 'They are of a private, domestic and professional nature'; idem, Fronto, Class. Review 24, 1920, 14: 'These letters were certainly not written for publication'; Champlin, Chronology 157: 'Nowhere does Fronto betray a hint of intending to publish any letters, and we need not discern his hand behind any of the arrangement'; J. Sykutris, Epistolographie, RE Suppl. 5, 1931, 198: 'Plinius liefert das erste ... Beispiel einer vom Verfasser selbst publizierten Briefsammlung, und seinem Beispiel sind die Späteren gefolgt (Fronto, Symmachus usw.)'; A. S. L. Farquharson, Marcus Aurelius, Oxford 1951, XI: 'evidently (!) in part written for publication'; Hanslik, Anordnung 43: 'Mit aller Vorsicht sei die Vermutung ausgesprochen, daß der Brief [sc. Ad amic. I 1] in einer Zeit geschrieben sein könnte, in der an die Herausgabe der Briefe schon gedacht war, und daß Fronto diese Einleitung schon in der Absicht geschrieben haben könnte, diesen Brief an die Spitze der Sammlung Ad Am. zu stellen'; P. V. Cova, I Principia Historiae e le idee storiografiche di Frontone, Napoli 1970, 30sq.: 'La pubblicazione dell'epistolario non è l'effetto della vanità del retore, che è stato chiamato a corte e scrive le sue memorie, ma la testimonianza del privato, che ha esercitato con passione la sua arte: altrimenti sarebbero state cancellate dalla raccolta le lettere amare per la conversione filosofica di Marco.'

Φρόντωνι (p. 242, 12) inscripsisset neque *Μητρὶ Καίσαρος* (p. 21, 17; 32, 19) neque librum *Ad Verum Imp. Aurelium Caesarem* (p. 118, 1 sq.). et quis credat Frontonem nonnullas epistulas a ceteris ad Marcum et invicem datis secrevisse et De feriis Alsiensibus[1]) aut De nepote amisso aut epistulam consolatoriam De bello Parthico appellasse?[2]) quod epistulae interdum repetuntur, praetereo, sed earum confusio et perturbatio in Frontonis vitium trahi non potest.[3]) quanta maxima poterat prudentia editor posterioris aetatis ordinem epistularum et ad personas et ad argumenta et chronologiam revocare conatus est. epistulas Ciceronis aliorumque sibi in exemplum sumpsit et finxit titulos librorum. ineptum quoque est quod de Frontone editore excogitavit Hauler[4]) ad p. 182, 5 sqq.: *non agnovi ista mea ab Gellio pessime* (m[1], *aptissime* m[2]) *quaeri*: 'aptissime scheint eine spätere Verbesserung oder Änderung zu sein, als Gellius . . . sich bei Fronto gehörig entschuldigt . . . hatte. Ist dies richtig, so bezeugt diese Stelle, daß Frontos Briefe dem Altertum nicht in einer Rezension vorlagen, sondern daß die zweite Hand ihre . . . Varianten und Zusätze aus einer teilweise geänderten zweiten Auflage schöpfte', quod nihil aliud significare potest quam quod Fronto ipse bis epistulas recensuisset. interim J. W. Ph. Borleffs[5]) recte vidit grammaticum *pessime*, quod idem est ac 'valde'[6]), non intellexisse atque ideo correxisse.[7])

Neque credo Frontonem umquam epistulas suas edere voluisse. ne sit sane vir magnus, stultus certe non erat: quis putet eum in vulgus edere voluisse litterulas quales nunc exstant in libro V Ad M. Caesarem[8]) de querellis, de doloribus, de morbis, de natalibus? aut epistulas in quibus vituperat Marcum, philosophiam increpat? num omnibus, non solum suo genero, notum fecisset de metu *ne quid philosophia perversi suaderet* Marco? (p. 180, 5), aut publicavisset epistulam *detrectationis refutandae*

1) Librum, qui De feriis Alsiensibus inscribitur, sibi finxit editor ex p. 226, 9 et 234, 6; revera epistula De feriis Alsiensibus 4 (p. 234) respondet et ad De bello Parthico (cf. 234, 11 sq. cum 226, 1) et ad De feriis Alsiensibus 3.

2) De bello Parthico nihil aliud est quam epistula ad M. Antoninum Imp. data, nam p. 224, 12 sqq. respondet ad p. 105, 5 sq.

3) Champlin, Chronology 142: 'The original editor was grasping at straws in his arrangement.' si libet, hunc ordinem epistularum perturbatum cum Rudolpho Hanslik, Anordnung passim, 'variationem' appellare possis. quod Mommsen de 'wohlberechneten Plan' loquitur, se ipse in errorem induxit credendo editorem in epistulis ad Marcum et Lucium et Pium edendis temporum ordinem stricte conservavisse.

4) Wien. Stud. 46, 1928, 245; errorem repetit A. Kappelmacher, Nicht gewollte Veröffentlichungen, Wien. Stud. 48, 1930, 119 sq.

5) Museum, Tijdschrift v. Philol. en Geschiedenis 60, 1955, 161, 2.

6) Cf. Charisius, Testim. 24.

7) De eiusmodi correcturis cf. supra p. XL.

8) Epistulas brevissimas tamquam intractabiles editor in quintum librum reiecit, et admodum incertum videtur, utrum omnes ad M. Caesarem an aliae ad M. Caesarem, aliae ad M. Antoninum datae sint. mihi quidem profecto constat duas epistulas Ad M. Antoninum III 7 et 8 (p. 103 sq.) revera ad M. Caesarem scriptas fuisse.

causa (p. 214, 7), cum Marcus de moribus factisque L. Veri summa sollicitudine affectus esset? Fronto non erat homo vere epistolographus: *ego epistulas invitissime scribo* (p. 182, 6) et *nec quisquam est hominum ... qui rarius quam ego scripserit ad amicos aut rescripserit* (p. 183, 18). epistulae Frontonis sunt privatissimae[1]) et, quamquam saepe in quisquilia dilabitur, tamen non semper scribit sine lepore et ludibrio sui, sicut in epistula imaginibus plena ad Domitiam Lucillam (p. 21). si insipida et iocos seria severitate ponderas, 'profuisset hominis existimationi, si operum reliquiae e codicibus palimpsestis numquam erutae fuissent'.[2]) vanitas quaedam non difficilis intellectu Frontonem perduxit ut non solum epistulas discipulorum domus Augustae conservaret, sed etiam suas describendas curaret.[3]) ex p. 88, 11 sqq. apparet eum nonnumquam epistulas suas pervolutavisse, nam ibi affert verba quae paene ante annos viginti quinque scripserat (p. 56, 5 sqq.).

Scripta inedita Frontonis magna pietate conservavisse videntur Cratia filia et Aufidius Victorinus gener[4]): genti Aufidiae Fronto erat magnus

1) Ita quoque iudicant O. Roller, Das Formular der paulinischen Briefe. Ein Beitrag zur Lehre vom antiken Briefe, Stuttgart 1933, 81; 369; A. A. R. Bastiaensen, Le cérémonial épistolaire des chrétiens latins, Nijmegen 1964, 12; Cova, I Principia Historiae 106, 6; at contra J. Ch. F. Bähr, Epistolographie, Ersch und Grubers Allgemeine Enzyklopädie 36, 51 sq.: '(die Briefe sind) in einer Weise abgefaßt, die uns in diesen Mittheilungen keine bloß durch die Umstände oder durch den Zufall veranlaßte Briefe, sondern wohl ausgearbeitete Vorträge erkennen läßt'; Frontomastix H. Peter, Der Brief in der römischen Litteratur, Leipzig 1901, 126: 'bei den Briefen ist nachträgliches Feilen anzunehmen ... Lehrer und Schüler (suchen) den Schein wirklicher Briefe zu wahren'; W. S. Teuffel, Geschichte der römischen Literatur, 3, Leipzig [6]1913, 76: 'Die Auswahl der Briefe ist vielleicht trotz der zeitlichen Unordnung im 5. B. ad M. Caes. von Fronto selbst getroffen und soll seine Beziehungen zum Hofe und zu vornehmen und berühmten Leuten ins Licht stellen'; U. von Wilamowitz-Moellendorff, Kaiser Marcus, Berlin 1931, 6: 'Fronto, der sie (Marcus' Briefe) mit seinen Antworten veröffentlicht hat, um in seiner maßlosen Eitelkeit sich mit seinen Beziehungen zu den höchsten Personen zu brüsten.'

2) Naber III.

3) Quae primores civitatis Frontonis litteris responderunt, Fronto non servavit. suas contra epistulas ad amicos fortasse prudentia quadam adductus conservavit, nam Hadriano imperatore cognoverat, quam lubricus sit favor principum. nihil sane est, cur credas H.-G. Pflaum, Les correspondants de l'orateur M. Cornelius Fronto de Cirta, Hommages à J. Bayet, Coll. Latomus 70, Bruxelles 1964, 544: 'L'épistolier en inscrivant le nom de tel personnage au début de son épitre a voulu faire plaisir à l'intéressé', et: 'C'est en cette qualité d'écrivain le plus illustre de son siècle que Fronton a rédigé ses lettres qui, dans son esprit, devaient servir de modèles à ses contemporains. Ce souci didactique se manifeste dans le choix des deux genres épistolaires qui dominent le recueil et qui sont les lettres de recommendation et de consolation.'

4) Sic A. Birley, Mark Aurel, München 1977, 266. vix recte C. R. Haines, On the Chronology of the Fronto Correspondence, Class. Quarterly 8, 1914, 119 'We can hardly suppose that he (Fronto) left copies of such trivial notes as ad M. Caes. V 27; 29; 32 etc., and, if not, these must have been recovered from the royal archives'; sed epistulae ad amicos ibi utique non erant.

vir et magister imperatorum.[1]) at vix veri simile est ipsum Aufidium epistulas soceri edidisse[2]): quae supra de ipso Frontone argumentati sumus, profecto in Aufidio quoque valent. praeterea quis credat Aufidium vivo Marco aut Commodo ausum fuisse eas epistulas edere, in quibus Avidius Cassius et Calvisius Statianus, seditionis anni 175 auctores, laudibus afficiuntur? vix igitur credere possumus aut propinquos aut familiares aut posteros eiusdem saeculi tales epistulas edere voluisse.[3]) unum solum constat, epistulas Frontonianas priore parte saeculi quarti iam editas exstare, nam Charisius[4]) locos affert ex epistulis Ad Marcum invicem lib. I, II, IV, Ad Antoninum invicem lib. II, V et ex epistulis De feriis Alsiensibus[5]), et apparet eum eandem editionem in manibus habuisse quam nos nunc habemus.

Qui Frontonem edidit, fuit, credo, grammaticus qui omni ope nitebatur ut epistulas in arca familiae Aufidiae inventas digereret, cui ut philologo

---

1) Cf. Testim. 15 et 57.

2) Haines, Chronology 119: 'The most likely person to have done so was Victorinus'; Haines, Edit. I, XXI; quod 'non ha alcuno fondamento': Pepe in edit. 27.

3) Champlin, Chronology 157: 'Perhaps the grandsons or even more distant descendants were involved (e. g. Petronius Victorinus and his son Petronius Aufidius Victorinus). Thus, two great-grandsons of Fronto's friend and junior, Postumius Festus, styled themselves the sectatores of their ancester (C. I. L. VI 1416; 1418), otherwise any disciple of the orator will suffice, such as the inept Iulius Titianus, known by his fellow 'Frontoniani' as the Orator's Ape' (Sidon. Apoll. Epist. I 1, 2 = Testim. 53). atenim Iulius Titianus propterea editor non fuisse potest, quod epistulae iam Charisii aetate editae legebantur. inter alia incredibilia ponit P. Frassinetti, L'orazione di Frontone contro i Cristiani, Giorn. ital. di filol. 2, 1949, 250 Minucium Felicem epistulas Frontonianas post mortem Aufidii Victorini editas legisse. plerisque cautiores M. Schanz – C. Hosius – G. Krüger, Geschichte der römischen Literatur 3^3, München 1922, 94: 'Von wem die Sammlung zusammengestellt wurde, ist nicht bekannt.'

4) Cf. Testimonia 21 – 26. Charisium locos Frontonianos ex Iulio Romano sumpsisse omnes fere consentiunt, sed de Romano nihil certi scimus. sunt qui putent scriptores iam prioris aetatis verba ex Frontonis epistulis afferre aut saltem vidisse: Lucianum (Testim. 10), Solinum (Testim. 18), Paneg. Lat. 8, 14 (Testim. 19); quae opiniones aut falsae aut plus quam incertae sunt. Nazarius solus (Testim. 20) Frontonis epistulas legisse videtur, sed eius Panegyricus est anni 321, id est haud multo ante aetatem Charisii. miro modo J. Schwartz, Avidius Cassius et les sources de l'Histoire Auguste, Historia-Augusta-Colloquium 1963, Bonn 1964, 144, 35 demonstrare conatus est Cassium Dionem epistulas Frontonis legisse: 'L'utilisation de la correspondance de Marc-Aurèle et Fronton était déjà une réalité chez Dion Cassius, si ce n'est pas avant.' Censorinum epistulas Frontonis legisse sine ullo fundamento perhibet Portalupi, edit. p. 128, 50. neque auctor Vitae Avidii Cassii epistulas Frontonis legit, uti putat B. Baldwin, The Vita Avidii, Klio 58, 1976, 101 sq.

5) Quamquam nobis unus tantum codex Charisii praesto est (Neapolitanus saec. VII/VIII), tamen exemplar Frontonis, quod Charisii in manibus erat, deterius quam nostrum fuisse videtur; legebat enim Charisius p. 229, 14 sqq. ὀυυm, cum in nostro

etiam ineptae litterulae auctoritatem vetustatis et magnificentiae habebant[1]), neque dubitandum videtur quin omnia quae invenerat ediderit[2]), nihil omiserit aut addiderit.[3])

12. De editionibus

Postquam codex Bobiensis Mediolanum Romamque pervenit, duo saecula epistulae Frontonis sub Actis Concilii Chalcedonensis latebant. anno 1811 Angelo Mai, postea cardinalis, Ambrosianae Bibliothecae doctor est factus.[4]) praeter alia multa – iam tunc temporis eum 'scopritor famoso' appellavit Leopardi poeta – ibi detexit textum Frontonis,

---

exemplari duum scriptum sit: *avum* autem facile intellegitur, *duum* contra coniectura eget (vide app. crit. ad locum). praeterea *duo vos* quidem pro 'uterque vestrum' dici potest, sed *avus duum vestrum* pro 'avus utriusque vestrum' Latine vix dicitur; solus enim Naevius, Com. 86, habet *salvi et fortunati sitis duo duum nostrum patres*, quod iocosius quam Latinius dictum videtur. recte igitur Mai in edit. princ. 464 et L. F. Heindorf in edit. Niebuhriana 137, 7 et anonymus in Jenaische Allgemeine Literatur-Zeitung vom Jahre 1817, 14. Jahrg., 185 et Fr. Vollmer in Thes. L. Lat. s. v. *duo* locum Charisii corruptum putant. sed potius dicamus Charisium malo codice deceptum rem commenticiam protulisse. at S. Timpanaro, Annali d. Scuola norm. sup. di Pisa 24, 1955, 278sq. et in Contributi di filologia e di storia della lingua latina, Roma 1978, 352sq. aliter iudicat; L. Pepe in edit. 24sq. ei assentitur, sed temere asseverat recensionem Charisii eandem esse ac manus secundae nostri codicis. qua de re iam recte dubitabat A. Garzya, Maia 10, 1958, 334.

1) In priore editione de grammatico quodam cogitavi consuetudine et studiis cum Symmachis et Nicomachis coniuncto; eorum enim tempore nonnulli scriptores iterum in lucem revocabantur, cf. U. Knoche, Handschriftliche Grundlagen des Juvenaltextes, Leipzig 1904, 37; G. Pasquali, Storia della tradizione e critica del testo, Firenze 1934, 397sqq.; J. E. G. Zetzel, The Subscriptions 38sqq.; P. G. P. Meyboom, De illustraties van de Vergilius Vaticanus, Hermeneus 54, 1982, 266sqq. sed lectis locis Nazarii et Charisii nemo dubitabit Frontonem iam initio saeculi quarti editum fuisse.

2) Fronto non omnes epistulas conservaverat, unde fieri potest ut de epistulis loquatur quibus in codice nostro locus non est, e. g. p. 88, 23 loquitur de *proxuma epistula* Marci, quae epistula numquam in primo libro Ad Antoninum fuit.

3) Hanslik, Anordnung 46: 'Die Briefe dürften in ungeänderter Form, so wie sie ursprünglich geschrieben waren, herausgegeben worden sein'; quod autem in praescriptionibus non semper valet. idem Hanslik l. l.: 'Wendungen wie Ad Caes. II 7: *Ego ab hora quarta et dimidia in hanc horam scripsi* (p. 28, 2) machen es mir wahrscheinlich, dass die Briefe ursprünglich genaue Zeit- und wohl Ortsangabe gehabt hatten', sed in commercio fere cotidiano epistularum talia plerumque scriptores omisisse veri simile est, cf. Pepe in edit. 130; Rudolphum Hanslik sequitur Cugusi, Evoluzione 258. in schedis ineditis legi Haulerum putare editorem epistulas nonnumquam retractavisse et decurtatas edidisse, quia verba *quod in fine epistulae manum condoluisse dicis* (p. 234, 11) non exstent in epistula praecedenti De feriis Alsiensibus 3. sed Hauler errat: p. 234, 11 spectat ad p. 226, 1.

4) Vixit ab anno 1782 usque ad 1854. de vita eius ac scriptis cf. B. Prina, Biografia del Cardinale Angelo Mai, Bergamo 1882; Epistolario del Cardinale Angelo Mai a cura di G. Cozza Luzi, Bergamo 1883 (exstant autem plures epistulae ineditae in Bibliotheca Nationali Victoris Emanuelis II. Romae); G. Poletto, Del Cardinale

quem anno 1815 Iacobo comiti Mellerio dedicatum edidit: *M. Cornelii Frontonis | Opera inedita | cum epistulis item ineditis | Antonini Pii M. Aurelii L. Veri | et Appiani | nec non aliorum veterum fragmentis | invenit | et commentario praevio notisque illustravit | Angelus Maius | Bibliothecae Ambrosianae a linguis orientalibus. | Pars prior — Pars altera | cui adduntur seu edita seu cognita | eiusdem Frontonis opera | Mediolani | Regiis Typis | MDCCCXV. In octavo.*[1]) cum nesciret eiusdem codicis alteram partem Romae in Bibliotheca Vaticana esse, ei non contigit folia ordinare neque dubitavit etiam eas epistulas, quae in uno folio leguntur, distrahere. etiam in codice describendo et lacunarum spatio indicando socordior fuit quam nobis par est. haud raro neglegenter legit, sed, quod tristius est, ut melius legere posset, veneno usus est, quod periti acidum gallicum vocant. id effecit ut hodie plurima folia fusca atque nigra sint et legi nequeant.[2]) quanta festinatione Frontonem edere voluerit, eo apparet quod saepius venena marginibus membranae non illevit ideoque plurimas adnotationes manus secundae non vidit. his causis posteritas Angelum Mai aspere tractavit[3]), asperius, opinor, quam iustius. in editione principe Mai non pauca bene legit, quae in posterioribus editionibus depravata sunt. epistulas autem Graecas male mulcavit.

Angelo Mai e de'suoi studi e scoperte, Siena ²1886; H. Hurter, Nomenclator literarius theologiae catholicae V, I³, Oeniponte 1911, 1255sqq.; G. Gervasoni, Angelo Mai, Milano 1924, Bergamo 1954; idem: Le prime scoperte di Angelo Mai nella Biblioteca Vaticana ed i suoi rapporti con B. G. Niebuhr, Athenaeum 6, 1928, 55sqq.; S. Timpanaro, Angelo Mai, Atene e Roma 1, 1956, 5sqq.; P. Treves, Lo studio dell'antichità classica nell'ottocento, Milano – Napoli 1962. non vidi quae viri docti de eo scripserunt in Bessarione 1904 et 1905 et in Civiltà Cattolica 85, 1934.

1) Hanc editionem recensuerunt H. C. A. Eichstädt, M. Cornelii Frontonis operum nuper in lucem protractorum notitia et specimen, Jenae 1816; B. G. Niebuhr, Über die zu Mailand entdeckten Schriften des M. Cornelius Fronto, Abh. d. kön. Akad. d. Wiss. zu Berlin 1816 = Kleine Historische und Philologische Schriften II, Bonn 1843, 54sqq.; anonymus in: Leipziger Literatur-Zeitung 1816, 1. Halbjahr nr. 46, 367sq.; ibid. nr. 96, 761sqq.; nr. 97, 769sqq.; Daunou, Journal des Savans 1816, 27–35; A. Peyron, Biblioteca Italiana 4, 1816, 377–387; 5, 1817, 1–12; anonymus in: Jenaische Allgemeine Literatur-Zeitung 1817, 14. Jahrg., 161sqq.

2) Cf. F. Ehrle, Über die Erhaltung und Ausbesserung alter Handschriften, Centralblatt f. Bibliotheksw. 15, 1898, 19, 2. post Maium nescio quis paginam Vaticanam 118 (p. 38) iterum venenis tractavit.

3) Imprimis Niebuhr, de quo infra. Naber quoque (VI) omnia incredibili socordia et levitate administrata esse dicit verbaque eius fere repetit Klussmann, Emendationes Frontonianae 2; Haines, edit. I, XI; Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 175. at contra Mommsen, Hermes 8, 1874, 198 loquitur de 'Mais erste höchst anerkennungswerthe Leistung' et Th. Schwierczina in sententiis controversis dissertationis suae hoc dicere ausus est: 'Codex Frontonianus a Maio ut primo Frontonis editore satis accurate descriptus est.' vide etiam S. Timpanaro, Annal. d. Scuola Norm. sup. di Pisa 24, 1955, 282.

Maiana editio paulo post repetita est *ad exemplar Mediolanense, Regiis typis 1815, Francofurti ad Moenum, in Libraria Hermanniana 1815 et 1816.*[1]) est exemplar fidelissimum nonnulla tantum errata typographica habens, at contra pauca menda Maiana tacite corriguntur.

Placida philologia nostra fere nescit bella calamo et atramento gesta ab hominibus doctis. talis rixa inter Angelum Mai et Bartholdum Georgium Niebuhr[2]) orta est. nam cum uterque optime de litteris antiquis meritus esset, Niebuhr diligentius accuratiusque agere solitus Maium saepius acriter vexavit propter eius indiligentiam neglegentiamque; quod etiam fecit, postquam Mai Frontonem suum edidit. iam priusquam editionem principem in manibus haberet, Frontonem iterum edere volebat, quod Mai solus tam brevi tempore epistulas Frontonianas satis commentari non posset. praeterea iam tum exspectabat Maium, ut in editione orationis Tullianae Pro Scauro, folia minus bene ordinavisse[3]) magnamque materiam emendandi reliquisse. itaque ad rem constituendam Ludovicum F. Heindorf[4]) et Philippum Carolum Buttmann[5]) administros sociosque sibi conciliavit. editione Maiana tandem Berolinum allata epistularum levitate atque vilitate decepti tamen propositum tenuerunt: ipse Niebuhr suscepit folia ordinanda, textum emendavit supplevitque, disseruit de monumentis historicis, deinde Heindorf suas emendationes proposuit notasque Niebuhrii e vernacula lingua in Latinam vertit, Buttmann denique quae uterque scripserat ad examen revocavit suasque emendationes enarrationesque addidit. iam ex ipso titulo operis Iohanni Gottlieb Jaeger dedicati patet quid Niebuhr voluerit: *M. Cornelii Frontonis Reliquiae ab Angelo Maio primum editae, meliorem in ordinem digestas suisque et Ph. Buttmanni, L. F. Heindorfii, ac selectis A. Maii animadversionibus instructas iterum edidit B. G. Niebuhrius C. F. Accedunt Liber de differentiis vocabulorum et ab eodem A. Maio primum edita Q. Aurelii Symmachi octo orationum fragmenta, Berolini, impensis G. Reimeri 1816.*[6]) huius editionis merita haud parva sunt: omni ope trias Berolinensis enixa est ut verum foliorum ordinem restitueret ac plurimis locis veram lectionem assecuti sunt. at cum Niebuhr neque suis oculis codicem vidisset neque apud Maium descriptionem codicis satis accuratam invenisset, saepius Berolinensibus non contigit

1) Hac de editione cf. anonymus, Jenaische Lit.-Zeitung 1817, 161; 165; 181.
2) Natum an. 1776, mortuum an. 1831. celeberrima eius historia Romana iam tum scripta erat.
3) Cf. supra p. XLIII.
4) Natum an. 1774, mortuum an. 1816. imprimis Platoni et Horatio studuit.
5) Natum an. 1764, mortuum an. 1829. scripta eius de lingua Graeca omnibus nota sunt.
6) Hanc editionem recensuerunt anonymus, Athenäum 1, 1816, 188sqq.; alius anonymus in: Jenaische Allgemeine Lit.-Zeitung 1817, 161sqq.; Daunou, Journal des Savans 1817, 703.

ut verum ordinem, supplementum, emendationem reperirent. itaque Mai occasionem arripuit scribendi invecticias *De editione principe Mediolanensi operum Frontonis commentationes.*[1])

Fama epistularum Frontonianarum commotus iam anno 1815 Ruhkopf Germanus aliis adiuvantibus commentarium amplissimum scribere voluerat[2]); quo incepto editio Niebuhriana eum abduxisse videtur.

Extremo anno 1819 Angelo Mai bibliothecae Vaticanae praeficitur, ubi statim palimpsestos perscrutari coepit recte sperans fore ut et ibi haud parva inveniret. et vero sub Actis Concilii Chalcedonensis altera pars codicis Frontoniani apparuit, quam una cum parte Ambrosiana Pio VII. Papae dedicatam edidit: *M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris Epistulae. L. Veri et Antonini Pii et Appiani epistularum reliquiae. Fragmenta Frontonis et scripta grammatica. Editio prima Romana plus centum epistulis aucta ex codice rescripto Bibliothecae Pontificiae Vaticanae curante Angelo Maio Bibliothecae eiusdem Praefecto. Romae in Collegio Urbano apud Burliaeum 1823.* haec editio priore multo accuratior est; codex autem Ambrosianus ei Romae praesto non erat, itaque cogebatur schedis suis uti, quae erant veluti imago codicis. praeter nonnulla vitia, quae ipsis schedis deberi videntur primaque in editione non leguntur, codicem Ambrosianum Mai melius tractavit: orthographiam originalem saepius restituit locosque dubios Petrum Mazzuchelli Ambrosiani collegii doctorem iterum inspicere iussit.[3]) melius quoque descripsit codicem, praecipue partem Vaticanam, iamque notas quaternionum et numeros paginarum non neglexit, ut qui a criticis acriter vituperatus meliorem ordinem constituere vellet. hoc autem ei vitio dandum est, quod ne monito quidem lectore coniecturas Niebuhrianas aliorumque in textum recepit.[4])

Editio Maiana secunda in Gallia repetitur: *Lettres inédites de Marc Aurèle et de Fronton retrouvées sur les palimpsestes de Milan et de Rome traduites avec le texte latin en regard et des notes par M. Armand Cassan avocat à la Cour Royale de Paris. Paris, A. Levavasseur, libraire au Palais-Royal 1830,* duobus voluminibus. Cassan textum Maianum repetit cum notis utilissimis; nonnullos quoque locos emendavit, sed translatio Gallicorum more difficultates subterfugit.

Eodem anno florilegium in lucem prodiit: *C. Corneli Taciti Dialogus De Oratoribus a corruptelis nuper illatis repurgatus ex Lipsiana editione anni MDLXXIIII. opera Io. Casp. Orellii civis Turicensis, Raeti et Graeci. Accedunt Iusti Lipsii curae primae integrae, Wopkensii selectae*

---

1) in: Cicero Ambrosianis codicibus illustratus et auctus, Mediolani ²1817, 9–37.
2) Cf. Anonymus, Jen. Allg. Lit.-Zeit. 1817, 163 et 165.
3) Cf. supra p. XLVI adn. 5 et 7.
4) Qua de re queritur F. Jacobs, Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 5, 1838, 1019sqq.; cf. etiam S. Timpanaro, La filologia di Giacomo Leopardi, Firenze 1955, 52sq.

annotationes, Rauchensteinii observationes nonnullae, Gutmanni dissertatio, qua Tacitum Dialogi scriptoren non esse demonstratur, et Chrestomathia Frontoniana ex Romana editione nusquam adhuc repetita. Turici ex Officina Gessneriana 1830. Chrestomathia legitur p. 115–165; sequuntur emendationes nonnullae p. 167–173, quae vix salubres sunt.

Anno 1832 editio Maiana secunda ad verbum repetitur; hanc editionem, quam curavit Spangenberg Cellensis, ipse inspicere non potui, sed sic inscripta esse videtur: *M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imp. epistolae, L. Veri et Antonini Pii et Appiani Epistolarum reliquiae. E Codice rescripto Bibliothecae Vaticanae curante Angelo Maio. Editio in Germania prima. Schulze, Cellae 1832.*[1])

Parvi momenti est editio quam Mai tertiam curavit: paucissimis locis interpunctionibusque mutatis textum secundae editionis repetit: *M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris epistulae et alia scripta. L. Veri et Antonini Pii atque Appiani epistularum reliquiae ex codicibus Romano et Mediolanensi edente A. M., Romae Typis S. Consilii Prop. Fidei 1846.*

Inde ab anno 1823, postquam Mai editionem secundam divulgavit, nemo codicem Frontonianum attigit usque ad annum 1858. eo enim anno Guilelmus Nicolaus du Rieu[2]) Batavus per Italiam libros manu scriptos perscrutabatur neque fugit eum antiquissimus codex noster.[3]) sed apparebat codicem tum multo difficiliorem lectu esse ob venena quae Mai adhibuerat. itaque complures paginas quas Mai etiamtum legere potuerat du Rieu investigare nequibat. multos tamen locos, quos Mai parum diligenter ediderat, correxit novasque adnotationes manus secundae in ipso textu et in margine repperit, sed in textu constituendo vix ultra id quod Mai iam effecerat pervenit. consilio Frontonis edendi angustiis temporis abiecto[4]) collationes suas amico Samueli Adriano Naber[5]) dedit, cuius editio ita inscribitur: *M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris Epistulae. L. Veri et T. Antonini Pii et Appiani Epistularum reliquiae. Post Angelum Maium cum codicibus Ambrosiano et Vaticano iterum contulit G. N. du Rieu, recensuit Samuel Adrianus Naber, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1867.*[6]) haec editio quod ad

1) Alia exemplaria hunc titulum habere videntur: *M. Cornelii Frontonis opera inedita, cum epistolis item ineditis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri* etc. *Editionis Mediolanensis, Francofurtianae et Niebuhrianae Supplementum.*

2) Natus an. 1829, mortuus an. 1896. multa de historia Batava scripsit instituitque Album Palaeographicum quod S. de Vries postea edidit.

3) Cf. G. N. du Rieu, Schedae Vaticanae, Lugduni Batavorum 1860, V.

4) du Rieu VI.

5) Nato an. 1828, mortuo an. 1913, Cobeti discipulo; praesertim Graecis litteris studuit.

6) Hanc editionem recensuerunt L. Müller, Literarisches Centralblatt f. Deutschland 1868, 537–540; Anonymus, Heidelberger Jahrb. f. Literatur 1868, 60; Ad. Kiessling, Philol. Anzeiger 1, 1869, 59–61; plerique viri docti hanc editionem parvi

studia palaeographica et critica attinet satis vituperanda est: spatium lacunarum haud accurate indicat, orthographiam modo primae, modo secundae manus sequitur, de eis quae viri docti ad textum emendandum attulerant pauca tantum Naber cognovit, secundae editioni Maianae nimis confisus est primam neglegens. at contra Naber primus diligenter indicavit, ubi singulae paginae incipiant ordinemque foliorum magno consilio usus restituere conatus est.

Logon qui dicitur erotikon una cum epistula Marci Latina separatim edidit W. H. Thompson: *The Phaedrus of Plato with English notes and dissertations by W. H. Thompson, D. D., London 1868*, 184–188, qui pauca emendavit.

Iam anno 1864 Guilelmus Studemund[1]) forte in folia Ambrosiana Frontonis inciderat; eo enim tempore codicem Plauti Ambrosianae bibliothecae conferebat et caelo impediente, quominus Plauto operam daret, nonnumquam folia Frontoniana inspiciebat, unde editum textum corrigeret. postea vero Academia Borussica instigante studio intentiore Frontoni conferendo incubuit, ut novum textum ad imaginem codicis descriptum ederet.[2]) inde ab anno 1867 usque ad 1889 per dilationes hoc opus gerebat: codicem Vaticanum praeter aliquot locos difficiliores totum iam descripsit et ex Ambrosiano sexaginta paginas contulit. huius operis numquam finiti pars tantum edita exstat in libro qui inscribitur *Emendationes Frontonianae, scripsit Rudolfus Klussmann. Inest Epistula critica Guilelmi Studemund ad Rud. Klussmann, Berolini apud Calvary eiusque socium 1874.*[3]) quae epistula nonnisi primas collationes ex Ambrosiano factas continet; ceterae una cum epistulis per quas cum Ottone Benndorf et Rudolpho Klussmann de Frontone edendo collocutus erat cumque epistulis Adolphi Kiessling et Hugonis Beutner ad eum datis post eius mortem ad Imperatoriam Bibliothecam Berolinensem pervenerunt, unde postea Edmundo Hauler commodatae sunt. nunc schedae Studemundianae asservantur in Publica Bibliotheca Berolinensi[4]) quae mihi pelliculas photographicas in usum dedit.

Guilelmo Studemund mortuo Academia Borussica alium quaerebat qui Frontonem ederet. imprimis stimulabant Theodorus Mommsen et

---

aestimaverunt: Th. Mommsen, Hermes 8, 1874, 198; R. Klussmann, Emendationes Frontonianae 6sq.; 19sqq.; Ehrenthal, Quaestiones Frontonianae 5, 29; Schwierczina, Frontoniana 47sqq.; Haines, Edit. I, XLIV; della Corte, Edit. 7sq.

1) Natus an. 1843, mortuus an. 1889; praesertim de Plauto Gaioque optime meruit.

2) Cf. Studemund, Epistula p. Isq.; XXXV; Hauler, Mitteilungen d. kais. deutsch. archäol. Instit., Röm. Abt. 19, 1904, 318; Wien. Stud. 31, 1909, 132; ibid. 47, 1929, 175.

3) Recensuerunt G. Becker, Jenaer Literaturzeitung 1, 1874, 361; K. Schenkl, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 26, 1875, 30sqq.; Iwan Müller, Jahresber. ü. d. Fortschr. d. class. Alterthumsw. 18, 1879, 2. Abt. 170sq.

4) Staatsbibliothek Preußischer Kulturbesitz, Handschriftenabteilung.

Eduardus Wölfflin eo tempore Thesauro Linguae Latinae praefectus.[1]) deteriore statu codicis Frontoniani iam antea Paulo Krüger iuris consulto[2]) Caroloque Zangemeister palaeographo deterritis[3]) anno 1895 A. Funck Kiloniensis Eduardum Wölfflin certiorem facit se paratum esse ad Frontonem aggrediendum. ante diem quartum nonas Februarias eiusdem anni auctore Theodoro Mommsen tresviri constituti sunt qui editionem diligentius considerarent: Mommsen, Hermannus Diels, Otto Hirschfeld. statuerunt editionem scripturae codicis assimilandam et ad imaginem foliorum exprimendam esse, unde minor, uti vocatur, editio pararetur. sed Funck philologo variis de causis non contigit ut Frontonem expediret. deinde Augusto Mau archaeologo, qui tum Romae erat, de codice consulto Guilelmus von Hartel mense Octobri eiusdem anni 1895 invenit hominem vere palaeographum qui tali operi par esset: Edmundum Hauler Vindobonensem.[4]) virorum doctorum oculos in se converterat, quod Lutetiae in Bibliotheca Nationali nova fragmenta Sallustii e codice Genabensi investigaverat. iam anno 1895 collationem codicis Ambrosiani instituit[5]) atque mense Octobri anni 1899 primae plagulae adhuc emendandae de prelis Teubnerianis veniebant.[6]) proximo anno et partis Ambrosianae et Vaticanae collationem absolvit et viris doctis Diels, Mommsen, Leo, Skutsch adiuvantibus quadraginta latercula ad imaginem codicis iam descripserat, cum nuntiatur praefectum Bibliothecae Vaticanae Franciscum Ehrle folia codicis sui haud frustra polire expurgareque ratione tum nova usum: gelatina enim folia linebat.[7])

---

1) Cf. E. Wölfflin, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 10, 1898, 145; magno officio me sibi obstrinxit vir doctissimus G. Dittmann, olim Thesauro praefectus, qui Thesauri librum memorialem manu scriptum, Journal für Archiv und Thesaurus, geführt von Prof. Eduard Wölfflin, legendum dedit, unde haud pauca ad studia Frontoniana pertinentia eruere potui.

2) Idem Krüger iam anno 1873 Mediolani contulerat Ambrosiani pag. 444 (p. 115sq.), cf. Studemund, Epistula III 2. ut Iohanni Vahlen Ennium edenti adesset (cf. Ennianae poesis reliquiae iteratis curis rec. Ioh. Vahlen, Lipsiae 1903, CXLII ad Ann. I 67); Bernhardus Kübler Ambrosiani pag. 349 (p. 157sq.) contulit; eandem paginam antea iam Naberi rogatu contulerat Ernestus Julius Kiehl anno 1870, cf. Naber, Parentalia, Mnemos. 2, 1874, 225sq. praeterea inter schedas Haulerianas ineditas collationem inveni codicis Ambrosiani pag. 58 (p. 13), quam fortasse Paulo Krüger aut Bernhardo Kübler debemus.

3) Cf. Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 175.

4) Natum an. 1859, mortuum an. 1941. scripta eius enumerat H. Gerstinger, Wien. Stud. 57, 1939, 181sqq. et 59, 1941, 151.

5) Cf. Hauler, Verhandl. d. 43. Versammlung 78.

6) Has plagulas in bibliotheca Thesauri Linguae Latinae inspicere mihi licuit.

7) Cf. F. Ehrle, Über die Erhaltung und Ausbesserung alter Handschriften, Centralblatt f. Biblioth. 15, 1898, 17sqq.; idem, In Sachen der internationalen Konferenz von St. Gallen (1898), ibid. 26, 1909, 253; 255; 257sqq.; Hauler, Verhandlung d. 48. Versammlung 51sqq.; Wien. Stud. 31, 1909, 259sqq.; Mercati, Codices e Vaticanis selecti XXIII, 219.

ideo Hauler opus intermisit usque ad annum 1905, ubi tota fere pars Vaticana purgata erat. fuerunt qui putarent primum libros Ad M. Caesarem et librum primum Ad Antoninum Imp. edendos esse, quippe qui in parte Vaticana legantur, sed melius videbatur Academiam Borussicam bibliothecae Ambrosianae praefectum Ceriani adire, ut et ille codicem suum restaurandum curaret.

Interim anno 1906 in lucem prodierat editio phototypica codicis Vaticani restaurati curis Francisci Ehrle: *Codices e Vaticanis selecti phototypice expressi iussu Pii PP. X. Consilio et opera Curatorum Bibliothecae Vaticanae, volumen III: M. Cornelii Frontonis aliorumque reliquiae quae codice Vaticano 5750 rescripto continentur, Mediolani 1906.* Ceriani autem religione quadam manus a codice tam vetusto abstinebat et, quamquam dicebat se non nolle, eius demum post mortem anno 1907 successor Achilles Ratti, postea Pius XI. Papa[1]), codicem Ambrosianum purgare exorsus est. huius codicis paginae 76 Hauler anno 1909 exemplum typographicum eis obtulit qui quinquagesimo coetui Germanicorum philologorum praeceptorumque Grazae intererant[2]), eoque tempore[3]) et iterum anno 1912[4]) dixit se magna in spe esse Frontonem suum mox in lucem proditurum. proximo anno postrema ei occasio data est, ut ante primum bellum universarum gentium Mediolanum veniret ad codicem tum partim expurgatum inspiciendum. cum bello incipiente Ratti opus suum nondum perfecisset, Academia Borussica constituit se codicis purgationis eventum diutius exspectare non posse et editionem Haulerianam bello confecto statim prelo subiciendam. post cladem autem ita de pecunia laborabat, ut ipsa sumptibus par non esset atque Typographeo Clarendoniano Oxonii editionem delegare cogeretur. quo cum editore Edmundo Hauler nescio quibus de causis rixa orta est[5]) et ideo rursus retardabatur editio, sed et ei quibus commissa erat — hoc tempore Iohan-

1) Ipse Ratti locum incertum Ambrosiani pag. 401 (p. 137) legere conatus est, cf. P. Rasi, Frontonianum, Boll. di Filol. class. 15, 1908/1909, 158sq. post Achillem Ratti successores codicem reficere desierunt. quam refectionem saepius probavit Hauler, sed sunt qui aliter sentiant: Brakman, Frontoniana I 2 'nonnulla', inquit, 'folia tenuia parvisve foraminibus mutilata, oblita sunt glutine puro, cui admixtum erat elementum quod dicitur 'formol', quo facto natus est splendor quidam, qui lectionem difficiliorem reddit, interdum plane impedit', et Bischoff, Der Fronto-Palimpsest 19: '(die zarten Formen) sind durch jede Behandlung mit einem zur Wiederbelebung der Schrift oder zur Konservierung angewendeten Stoff, der einen glänzenden Film hinterläßt, gefährdet. Schon eine systematische Konservierung, wie sie . . . dem Vaticanus Lat. 5750 zuteil wurde, während Ceriani sie für den Ambrosianus ablehnte, hätte ihnen verderblich werden können.'

2) Hoc exemplum nusquam reperire potui.

3) Wien. Stud. 31, 1909, 270.

4) Ibid. 34, 1912, 258.

5) Ad hanc rixam fortasse pertinet libellus Zur Abwehr (Prof. W. M. Lindsay und meine Frontoausgabe), quem Hauler anno 1921 privatim edidit.

nes Vahlen et Eduardus Norden socii fuerunt – festinare nolebant. postea Edmundo Hauler sexagenario munus pecuniae datur, quo usus discipulus eius Franciscus Miltner Mediolani rursus codicem contulit imaginesque photographicas exprimendas curavit.[1]) anno demum 1928 ipse Hauler Mediolanum Romamque iit, ubi collationes suas ad finem perduxit[2]), sed postea de editione tacet. multis tamen commentationibus plerumque in Wiener Studien editis novas lectiones divulgare continuabat, sed chirographum prelo paratum numquam habuit. anno 1941 cum moreretur, heredes eius annotationes ineditas honorario accepto Academiae Borussicae cesserunt, ubi tunc Iohanni Stroux universitatis professori custodiendae commissae sunt.

Edmundo Hauler iamdudum in Frontone edendo occupato Cornelius Brakman Batavus[3]) anno 1900 stipendio a Societate Philologica Ultraiectina accepto Italiam visit, ubi Vaticanum nostrum Ambrosianumque usque ad pag. 351 contulit; collatione Ambrosiani brevissimo tempore peracta anno 1902 iterum Mediolanum profectus est ut opus perficeret. lectiones coniecturasque deinde divulgavit in dissertatione quae inscribitur: *Frontoniana. Specimen litterarium inaugurale quod . . . pro gradu doctoratus . . . submittet Cornelius Brakman . . . Traiecti ad Rhenum, apud J. J. M. Molijn 1902.*[4]) haec *Frontoniana* acri iudicio percensuit imprimis Hauler, nam revera neque tanto operi Brakman par erat neque satis spatii sumpsit. attamen saepius indiligentiam priorum editorum correxit, praecipue in rebus orthographicis, sed plerumque erravit ubi lectiones maioris momenti investigabat.

Haulerianam editionem frustra exspectando defatigatae Dorotheae Brock in mentem venit adhibitis nóvis lectionibus textum integrum constituere. consilio autem mutato florilegium tantum composuit, quod adiunxit libro suo *Studies in Fronto and his Age. With an appendix on African Latinity illustrated by selections from the correspondence of Fronto by M. Dorothy Brock B. A. sometime Pfeiffer Student of Girton College,*

---

1) Cf. Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 177; et antea et postea Miltner Mediolani codicem inspexit ut Haulerum adiuvaret, cf. Hauler, Wien. Stud. 43, 1922/1923, 103; 218; 58, 1940, 133. in ineditis Haulerianis plures epistulas Francisci Miltner inveni, quibus Haulerum de textu certiorem facit atque apparet eum prudentiore ratione et via usum esse quam ipsum Haulerum.

2) Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 172sqq.

3) Natus an. 1861, mortuus an. 1936. de litteris Latinis posterioris aetatis haud pauca scripsit.

4) Recensuerunt Hauler, Zeitschr. f. österr. Gymn. 54, 1903, 32–37; idem, Archiv f. Lat. Lex. u. Gramm. 13, 1904, 297sq.; J. W. Beck, Museum 10, 1903, 323sqq.; K. J. Burkhard, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. klass. Altertumsw. 117, 1903, 2. Abt. 172sq.; C. W(eyman), Wochenschr. f. klass. Philol. 21, 1904, 264sq.; Santi Consoli, Boll. di Filol. class. 10, 1904, 60–62.

Cambridge. Cambridge, at the University Press 1911[1]), 266–331. textum apparatu critico pro tempore commodo instruxit et notis illustravit.

Commentationibus Haulerianis affluere non desinentibus in The Loeb Classical Library nova editio integra emittitur: *The Correspondence of Marcus Cornelius Fronto with Marcus Aurelius Antoninus, Lucius Verus, Antoninus Pius, and various friends edited and for the first time translated into English by C. R. Haines, M. A., F. S. A. In two volumes, I London, William Heinemann, New York, G. P. Putnam's Sons 1919, II 1920.*[2]) propositum Bibliothecae Loebianae sequens Haines doctam editionem praebere noluit, sed textum tantum facilem lectu observatis novissimis lectionibus Haulerianis aliorumque. talis autem ratio nonnulla incommoda attulit: orthographiam saepius vix recte ad normam consuetudinariam direxit; apparatus criticus eclecticus est; spatium lacunarum parum accurate indicavit. praeterea haec editio mendis scatet. quod autem conatus est epistulas ordine temporum observato edere, nihil peccavit[3]), quamquam tale inceptum plus quam difficile est. et hoc omittere nolo, eum omnium qui hucusque extiterunt interpretum facile esse principem.

Res nullius momenti est quod Albertus Freixas Argentinus e codice tantum Vaticano edidit: *Los escritos de Frontón y Marco Aurelio, contenidos en el códice vaticano 5750*, in: Revista de la Universidad de Buenos Aires, Sección VI, tomo IV, Buenos Aires 1927, 1–249. Naberianae enim editionis Epistulaeque Studemundi nullam notitiam habens Freixas ex editione phototypica Francisci Ehrle partem Vaticanam ad imaginem codicis transscripsit (33–138), deinde textum Maiana editione tertia pro fundamento posita una cum translatione Hispana constituit (139–249); unde evenit ut textus eius minor sit quam quem apud priores editores legimus; nam editio phototypica lectu difficillima est.[4]) praeterea praefatio eius descriptioque codicis (1–29) vix quicquam maioris momenti continet.

Nonnullae epistulae Frontonis leguntur in *A Book of Latin Letters*

1) Hunc librum recensuerunt C. Weyman, Wochenschr. f. klass. Philol. 29, 1912, 1176sq.; J. F. D(obson), Class. Rev. 26, 1912, 265sq.; R. Helm, Berliner Philol. Wochenschr. 33, 1913, 10sq.

2) Recensuerunt W. P. Mustard, American Journ. of Philol. 41, 1920, 297; 42, 1921, 188; C. Knapp, Class. Weekly 15, 1921/1922, 188sq.; E. S. Bouchier, Class. Review 36, 1922, 182; Hauler, Wien. Stud. 45, 1926/1927, 130 adn. 1; cf. 131 et Wien. Stud. 47, 1929, 177sq.; F. Hache, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. klass. Altertumsw. 231, 1931, 2. Abt. 7–9. postea editio Hainesiana saepius prelo subiecta est. idem Charles Reginald Haines in eadem Loeb Library Meditationes M. Aurelii ediderat.

3) Quod propterea dicere audeo, quia editori antiquo parum successit epistulas recte ordinare. aliter iudicant Hauler, Wien. Stud. 47, 1929, 177sq. et Hanslik, Anordnung 21.

4) Cf. Haines, edit. I, V: 'the facsimile of the Vatican portion will be seen, by anyone who inspects it, to be of small use to an editor'.

chosen and annotated by R. G. C. Levens, fellow and tutor of Merton College, Oxford; formerly assistant Master at Haileybury College, Methuen & Co. Ltd., London 1930.[1]) Levens paucis coniecturis additis textum editionis Hainesianae repetit.

Collectis lectionibus quas Studemund et Brakman et Hauler divulgaverant ipse, ut gradum doctoris consequerer, hunc librum foras dedi: *M. Cornelii Frontonis Epistulae quas edidit M. P. J. van den Hout, Gymnasii Augustiniani Professor. Volumen prius*[2]) *Prolegomena, textum, indicem nominum propriorum continens. Accedunt quattuor tabulae, Lugduni Batavorum, in aedibus E. J. Brill 1954.*[3])

Editio mea – liceat dicere – nonnihil attulit ad studia Frontoniana colenda, imprimis apud Italos; itaque textum meum repetiit della Corte: *Frontone, Corso di letteratura latina tenuto nell'anno 1957–1958 dal Prof. Francesco della Corte, Libreria Mario Bozzi, Genova 1957.* textum Latinum in vernaculum sermonem vertit, citius, opinor, quam accuratius.

Eodem anno epistulas Marci Aurelii edidit Ludovicus Pepe omissis Frontonis responsis, quod nonnemo mirabitur: *Marco Aurelio Latino, Introduzione, testo critico e commento a cura di Luigi Pepe, Armanni, Napoli 1957.*[4]) tres locos emendare et sermonem epistolicum notis illustrare conatus est. epistulas Marci Aurelii iterum edidit et vertit G. Cortassa: *Scritti di Marco Aurelio, Torino 1984.*

Iam inveteraverat opinio unum tantum codicem epistularum nobis praesto esse, cum Bernhardus Bischoff in codice Parisino Latino 12161 rescripto duas paginas invenit quae fragmentum epistulae ad L. Verum datae continent: *Der Fronto-Palimpsest der Mauriner*, in: Bayer. Akad. d. Wiss., philos.-hist. Klasse, Sitzungsber. 1958, Heft 2, München 1958.[5])

---

1) Recensuit H. Williamson, Class. Review 1930, 142.

2) Alterum volumen commentarium continens deis volentibus aliquando apparebit.

3) Iterum typis expressus est liber anno 1975. hanc editionem recensuerunt R. Marache, Revue d. Etud. lat. 32, 1954, 422–424; Revue d. Etud. anc. 56, 1954, 478; Lustrum 10, 1965, 217sq.; J. W. Ph. Borleffs, Museum, Tijdschr. v. Philol. en Geschiedenis 60, 1955, 160–162; R. Browning, Class. Rev. 5, 1955, 285–287; L. Herrmann, Latomus 14, 1955, 125; A. S. Pease, Amer. Journ. of Philol. 76, 1955, 439sq.; N. Scivoletto, Giorn. ital. di filol. 8, 1955, 164–167; S. Timpanaro, Annal. d. Scuola norm. sup. di Pisa 24, 1955, 276–282; J. Willis, Journ. of Roman Stud. 45, 1955, 235sq.; J. Campos, Helmantica 1956, 167sq.; A. Ernout, Revue de Philol. 30, 1956, 147–149; R. J. Getty, Class. Philol. 51, 1956, 264sq.; R. Hanslik, Gnomon 28, 1956, 118–123; K. Vretska, Anzeig. f. d. Altertumswiss. 11, 1958, 18–21; vide etiam F. della Corte in edit. 14–20 et S. Timpanaro, Contributi 345–363.

4) Recensuerunt A. Garzya, Maia 10, 1958, 333–337; P. Venini, Athenaeum 36, 1958, 164–166; R. Browning, Class. Review 9, 1959, 148sq.; A. Ernout, Revue de Philol. 33, 1959, 339sq.; Ed. Galletier, Revue d. Etud. anc. 61, 1959, 209sq.; E. Braun, Anzeiger f. d. Altertumswiss. 15, 1962, 227sq.; R. Marache, Lustrum 10, 1965, 224.

5) Recensuit R. Marache, Lustrum 10, 1965, 215sq.

saeculo VII et VIII monachi monasterii Corbeiensis veteribus codicibus ad rescribendum usi sunt, ut novum codicem, Corbeiensem 142, componerent qui opera Hieronymi et Gennadii contineret. praeter Leges Visigothorum, Breviarium Alarici et Asperi commentarium in Vergilium usi sunt folio codicis Frontoniani saeculi VI. Corbeiensis 142 postea in monasterium Maurinorum pervenit, ubi Maurini constituere conati sunt, quid sub Hieronymo lateret.

Dom. Ch. F. Toustain in pag. 133 codicis panegyricum legere sibi visus est principis cuiusdam saeculo quinto scriptum.[1]) Toustanio mortuo Dom. R. P. Tassin codicem iterum examinavit et panegyrici octo versus legere poterat:[2])

*cubi*libus quibusque vesti*giis*
unum quid eorum indagaberis
intelle*go ut qui venanti haec tibi*
adsid*uus* e*t obsequens hesseri*‾
Itaque cum orat*ione omnes re*
*gas lego atque audio cum*que
senatum p˙ r˙ ad omnes verbo
rum tuorum sententiarumq˙

Tassin haec adnotavit: 'C'est peutêtre un fragment du panégyrique prononcé par Fronton en l'honneur d'Antonin, ou plutôt de Lucius Verus. Nous croyons voir cet Empereur apostrophé par ce mot *Luci*. Après une interruption de discours on lit *Fro*: ce qui pouroit signifier *Frontonis*[3]) . . . ce fragment annonce l'écriture onciale du premier age, et l'on peut au moins la faire monter au III ou IV siècle.' magna rerum Gallicarum perturbatione codex Corbeiensis Lutetiam in Bibliothecam Nationalem pervenit, ubi nescio quis ei iterum venenis illevit. quae Tassin detexerat[4]) diutina oblivione obruebantur: neque E. Chatelain[5]) neque P. Lehmann[6]) neque E. A. Lowe[7]), qui viri docti hunc Parisinum 12161 viderunt aut phototypice ediderunt, cognoverunt cuius auctoris essent paginae 134 et 133.

Bernhardo Bischoff primo contigit ut quid contineret pag. 133 constitueret: huius enim paginae versus 20–30 alterius laterculi idem habent atque versus 1–12 prioris laterculi Ambrosianae paginae 420 (p. 120). paginae 134 pauca tantum legi possunt. folium Parisinum litteris uncialibus saec. VI scriptum nunc est 250 × 152 mm, sed in rescribendo monachi marginem ita amputaverunt, ut nunc pars dextera alterius laterculi pag. 133 perierit. singuli versus habent 23 litteras, sed sunt

1) Nouveau traité de diplomatique I, 1750, 483.
2) Ibid. III, 1757, 52; 144; 149 sq.; tabula XLII 1, 3. litterae cursivae hodie legi non possunt.
3) Litteras *FRO* Bischoff invenire non potuit.
4) Et quae Germanice verterat J. Chr. Adelung, Lehrgebäude der Diplomatik IV, Erfurt 1766, 153 sq. et tab. 42 I 3.
5) Les Palimpsestes Latins, Ecole pratique des Hautes Etudes, annuaire 1904, Paris 1903, 39: 'un panégyrique prononcé en l'honneur d'un empereur.'
6) Apud L. Traube, Vorlesungen und Abhandlungen I, München 1909, 219.
7) Codices Latini Antiquiores V, Oxford 1950, nr. 629, qui primus scribam saeculo VI assignavit.

versus 19 litterarum et 29 litterarum: itaque haud facile dici potest, quot litterae in altero laterculo perierint. scribam non ab Italia, sed a Gallia oriundum putat Bischoff, ubi iam saeculo quinto Apollinaris Sidonius et Claudianus Mamertus Frontoni oratori favebant.[1])

In paginis 129–130 eiusdem Parisini Latini 12161 Tassin[2]) fragmentum philosophicum detexit ignoti auctoris, quod Lowe[3]) saeculo VII scriptum putat. huius folii pagina 129 legi nequit, sed in pagina 130 Bischoff[4]) versus 2–11 alterius laterculi investigare potuit[5]) scripturamque huius folii cursivam saeculo assignavit sexto. sed, quod nemo vidit[6]), verba *dicitur autem esse officiorum rationis tripertitas* usque ad *officia suscipit exerceat* (p. 136, 11–14) eadem sunt quae manus secunda in pagina Ambrosiana 401 adnotavit (p. 136, 23–25). itaque sine ullo dubio hoc folium nobis superest tertii codicis Frontoniani. varias lectiones codicis Parisini contemnere non licet, nam in Paris. p. 133 (p. 120, 2sqq.) recte legitur *apparetis* (*acparetis* A ut videtur), *indignis* (*indignus* A); ceterae lectiones ambiguae sunt: *et* P, *etiam* A; *cantus* P, *et cantus* A; *est destinata* P ut videtur, *destinata est* A. in Paris. pag. 130 lectio *suscipit* (p. 136, 13) potior est quam *suscepit* in Ambrosiano; utrum ibidem *exerceat* (Paris.) an *expleat* (Ambros.) rectius sit, ambigi potest. quod supra[7]) dixi veri simile non esse Frontonem priscam rationem scribendi affectavisse, codicibus Gallicis confirmatur: in Paris. pag. 133 legimus *sonum* (p. 119, 10) et *unum* (p. 119, 13), sed nusquam formas in *-om* desinentes; saepius *cum*, nusquam *quom*, et in Paris. pag. 130 legimus *vulgari* (p. 136, 15), non *volgari*, et *negotium* (p. 137, 1), non *negotiom*. neque codex Bobiensis neque Parisinus pag. 133 admittit attractionem litterarum in verbis compositis: *inrumpe* p. 119, 4 et *adsiduus* p. 119, 14. praeterea notavi in Paris. pag. 133 *indagaberis* (p. 119, 13), *gaudeum*

1) Vide Testim. 52–58. moneo autem saepius affirmari quam demonstrari Sidonium epistulas Frontonis legisse, cf. e. g. Niebuhr, edit. XXIII 5; L. Valmaggi, Quaestiones Frontonianae, Ivrea 1889, XIIIsqq.; H. Peter, Der Brief 153. verba enim et locutiones quae exemplo afferuntur vix vim probationis habent: *consiliosus* Sid. Epist. I 1, 1; VII 9, 18 et Fronto p. 128, 5; *ineptire* Sid. Ep. IV 1, 4; IV 17, 1 et Fronto p. 66, 6; *vetusculus* Sid. Ep. IX 16 et Fronto p. 145, 2; Sid. Ep. VII 5, 4 *omnia ... salva, inlibata, solida* et Fronto p. 2, 16 *integro, inlibato, incolumi corpore*. sed Sid. Ep. IV 4, 1 idem legitur atque apud Frontonem p. 174, 8sq. *in tui ornamentis aeque ac nostri merito numerandus*. Claudianus Frontonem nusquam imitatus esse videtur.

2) Nouveau traité III, 1757, 418sq. et tab. LVII 3, 9.

3) Codices Latini Antiquiores V, nr. 628.

4) Der philosophische Palimpsest des Paris. Lat. 12161, 29.

5) Versus 2–5 partim iam legerat Tassin.

6) Non video, unde deprompserit A. Feder, Studien zum Schriftenkatalog des hl. Hieronymus, Freiburg 1927, 19: 'Lesbar sind nur einige Zeilen auf p. 130, die von Arius und seiner Lehre handeln.'

7) P. XXXII.

(p. 119, 20), *hesserim* (pro *haeserim* p. 119, 14) et *quius* (p. 120, 1) quam formam in Bobiensi non legimus.[1]) in Paris. pag. 130 legitur *eciam* (p. 136, 14) quod Bobiensis nusquam habet.

Novissima editio anno 1974 emissa est: *Opere di Marco Cornelio Frontone a cura di Felicita Portalupi, Unione Tipografico-Editrice Torinese.*[2]) Portalupi textum meae editionis fere repetiit, notis illustravit et in sermonem vernaculum vertit.[3]) codicis Parisini 12161 pag. 133 in textum recepit et epistulas ad Verum ad ordinem quem proposuerat Bischoff accommodavit, nisi quod nonnullas epistulas in altero libro ad Verum posuit, quae prioris esse videntur.

Huius novae editionis fundamenta – praeter ea quae Mai et Naber et Brakman iam divulgaverant – sunt lectiones tam editae quam ineditae Studemundi et Hauleri. si quis roget, cur Edmundus Hauler Frontonem suum numquam in lucem prodiderit, non deerit quod respondeamus: primum constat eum talem philologum fuisse, ut nonnisi perfectum opus edere posset. sed et aliae causae exstant: per quadraginta quinque annos libellos suos publicavit, quibus animi lectorum ita afficiebantur, ut novam editionem exspectarent Maiana et Naberiana multo meliorem et uberiorem, cum ipse Hauler non nesciret se vix ultra id quod priores editores effecerant venturum esse. quae fortuna non in Hauleri culpam converti potest, nam libelli eius magis laudabantur quam legebantur. sed etiam peccavit: in legendo non satis distinxit, quid certum esset, quid incertum, quid probabile, quid verisimile, et erat pronus ad coniecturas quibus Franciscus Miltner discipulus prohibebat. etiam in scriptis editis Hauleri haud semel invenies sententias et structuras quae parum cum sermone epistolico et humili Frontonis conveniunt. itaque editor id agere debet, ut lectiones Maianas et Naberianas et Haulerianas diligenter inter se compararet[4]): hoc enim modo constabit, quid certius, quid incertius sit. hoc quale sit, paucis exemplis demonstrare volo: p. 204, 13–16 Mai et Hauler anno 1895[5]) et Hauler anno 1936[6]) ita legunt:

Mai		*in navium*		*deus al*
Hauler 1896	*rei tactae mater natura*	*in navium*	*apparatu Apollo*	*deus alitis pinas* |
Hauler 1936	⟨*discipulis naturae*⟩	*in navium*	*arte extruendi*	*deus alitis pinatas* |

1) Insuper adnotavit Bischoff *partaem* et *seriaes* pro *partem* et *series*, vix recte, credo, cf. app. crit. ad p. 119, 6 et 11; pro *asie* scripsit *Asiae* Portalupi p. 119, 12.

2) In serie quae dicitur 'Classici Latini'. hanc editionem recensuerunt P. V. Cova, Boll. di studi latini 4, 1974, 309–311; R. Wauters, Latomus 34, 1975, 789–791; P. Frassinetti, Athenaeum 54, 1976, 217–220.

3) In vertendo saepe translatione Hainesiana innititur, recte; ei ignota esse videtur translatio Francisci della Corte.

4) Itaque in apparatu critico sedulo indicavi, quid *ma*, quid *n*, quid *h* legerit.

5) Verhandlungen der 43. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner, Leipzig 1896, 81 sq.

6) Wiener Studien 54, 1936, 162 sq., post codicis purgationem.

Mai *tur tuendi eius ergo denominatus ita Ca|*
Hauler 1896 *ut eas effingeret homo natura tueri dare ius ergo de natura catus ita Ca|*
Hauler 1936 *⟨facultates sapie⟩nter tueri dares certe deputat catus ita Ca|*

Mai *to oppidatim statuis ornandus qui primam |*
Hauler 1896 *to ⟨dat⟩ Agrigentinis aratra oppidatim statuis ornandus qui prima |*
Hauler 1936 *to ⟨Censorius a pa⟩tria oppidatim statuis ornandus qui prima |*

Mai *Latini nominis subolem et Italicarum ori|*
Hauler 1896 *acta h⟨ominum atq˙⟩ Latini nominis subolem et Italicarum ori|*
Hauler 1936 *sollertiarum et Latini nominis subolem et Italicarum ori|*

Mai *ginum pueritias inlustravit*
Hauler 1896 *gines ⟨urbium et Ab⟩originum pueritias inlustravit*
Hauler 1936 *gines urbium et Aboriginum pueritias inlustravit*

p. 130, 11 neque Mai neque Naber neque Studemund quicquam dispicere potuerunt; Hauler anno 1927 hoc legit[1]:

salubrinis
m[1]: *salubribus argumen|tis . . . deintegrobi*
sanis
m[2]: *planis argumen|tis res redintegranda*

sed in schedis ineditis inveni:

luctandum
letinis argumen|tis ventandum

in epistula ad Haulerum data Miltner istud *letinis* confirmavit et pro *ventandum* legit *lientandum* vel *liictandum.*

p. 144, 11 Hauler anno 1901[2]) itemque post codicis purgationem anno 1921[3]) improbat lectionem Maianam *iugare*, sed in schedis ineditis legit *enigare* et comprobat *iugare.*

p. 208, 5sq. legit Mai *dis|set*
Hauler 1896[4]) *viris legatis invidis|set*
in schedis ineditis: *. . . s . . . . . ebrios vidis|set*

p. 3, 8 legit Mai *pro . . . .*
Studemund *proced . . . .*
Hauler 1899[5]) *procedo* ⟨iam⟩ vel *prosulto* ⟨iam⟩
Hauler in TLL[6]) *processu pari*; in schedis ineditis alia temptavit.

---

1) Wien. Stud. 45, 1926/1927, 130sqq.
2) Ibid. 23, 1901, 338.
3) Ibid. 42, 1920/1921, 186.
4) Serta Harteliana, Wien 1896, 264.
5) In plagula exempli causa typis exscripta.
6) II, 1650, 47.

p. 209, 9 legit Hauler anno 1896[1]: *a reb(us) pari studio pacis sane | iustis retinuisse se fertur | plane vana apstinendo* (. . . *nemine apstinendo* Mai), quod vix Latine dicitur. in schedis autem ineditis inveni hoc: *aurol antoninus sanc|tus toe retinuisse fertur | a sanguine apstinendo.*

p. 125, 4 Mai legit *Paterculus*, Hauler anno 1909[2]: *Pollio As⟨ini⟩us*, sed postea in schedis ineditis: *pater Tullios*, quod manus secunda in *Polybius* correxisset.

Est et aliud quod Haulero exprobrandum videtur: adamat verba insperata atque inopinata, sicut verbum facundandi p. 9, 14; in plagulis anni 1899 scripserat: *fa⟨cundia⟩ atq· etiam | eleganti pros⟨pe⟩re⟨nt⟩* (*protegant* Mai), anno autem 1925[3]) dicit manum primam scripsisse *facundatum etiam | eleganti prosperent*, tum correxisse *facultat⟨e⟩ fandi*, et manum secundam supra *fandi* scripsisse: *i(n) a(lio) eloque⟨n⟩tia.* in re tam incerta Hauler conflat lectionem *facundatum eloquentia etiam eleganti.*

p. 133, 7sq. legit Hauler in commentatione quae Lepturgus, chirurgus u. ä. bei Fronto[4]) inscribitur: *lepturgata et cirorga* (ita m[1], *etrorga* vel *etrusca* m[2]), cum Mai et Studemund et Brakman *turena* et *etrusca* legissent. anno autem 1928 Hauler in schedis ineditis habet *turena* et *etrusca*. artis sculpturatae periti nova verba Hauleriana recte iam recusaverant.[5])

p. 16, 1 Hauler[6]) legit verbum exarandi, sed notione nusquam reperta: *exaratae bestiae*, quod idem esset ac 'skizziert'. sed animum bene attendenti manifestum est Haulerum istud *ex* non vidisse.

in fragmento Enniano p. 158, 5 multa sunt incerta, imprimis istud *pos aquam*, quod manus prima scripsisset et in *postquam* correxisset.[7])

in schedis ineditis Hauler nonnumquam lectiones profert quas vix quisquam probet: p. 62, 17 legit Mai *metendis*, Hauler *plane satus*; p. 80, 16 *vale mi* secundum Mai, Naber, Brakman, at *valeto* Hauler; p. 96, 22 *antithetis* Mai, *antithetos* Hauler.

Si quis locos quos attuli – alios multos proferre facile est – inspexerit, suppunctiones, quibus Hauler incertas litteras indicavit, editoris commodo vix inservire videbit. id enim scripta eius inedita satis ostendunt, Haulerum saepius non separavisse ea quae scripta legerat et ea quae scripta esse putabat.

Quam difficile sit e codicibus palimpsestis aliquid eruere, statim videbit

---

1) Serta Harteliana 265; Verhandlungen 82.
2) Zum Sendschreiben des Catulus und über die Consilia des Asinius Pollio, Wiener Eranos, Wien 1909, 221.
3) Wien. Stud. 44, 1924/1925, 123sqq.
4) Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 106sqq.
5) Fr. Studniczka, Kalamis, Abh. d. philol.-hist. Kl. d. k. sächsischen Ges. d. Wiss. 25, 4, Leipzig 1907, 85; E. Reisch, Kalamis, Jahreshefte d. österr. archäol. Inst. 9, 1906, 225; B. Schweitzer, Xenokrates von Athen, Halle 1932, 38, 2; G. Lippold, Polykleitos, RE 21, 2 (1952).
6) Wien. Stud. 41, 1919, 103.
7) Zeitschr. f. d. österr. Gymnas. 61, 1910, 676sq.

qui lectiones Haulerianas comparat cum eis quas Bernhardus Bischoff publicavit[1]); e quibus pauca exempla carpo:

p. 119, 2 . . . . . *moenera pl* . . . legit Bischoff, *sedulo et diligenter* legit Hauler in schedis ineditis.
p. 120, 2 legit *pparcui* Naber, *apparem* Brakman, *aspartui* (in *nopartui* correctum) Hauler in ineditis, *acparetis* Bischoff.
p. 119, 25 legit Hauler in ineditis *exemplaria* . ., sed Bischoff . . *doplurimum*
p. 124, 8 legunt Mai, Naber, Studemund, Hauler *modulatius*, sed Bischoff *modulatas*. et quis vera a falsis secernet, si apparatum criticum Gratiarum actionis inspexerit, quam in codice Vaticano Palatino Latino 24 (p. 256 sqq.) Hauler et Bischoff legere conati sunt?[2])

Haec a me detrectandi causa memorata esse spero ut nemo credat: in qualibet pagina huius editionis lector videbit quam bene Hauler de textu Frontoniano meritus sit. diu mecum deliberavi, quid facerem de istis lectionibus incertis quas in schedis ineditis inveneram. saepe enim Hauler vocabula praebet quae vocabula non sunt aut omni sensu carent; saepe quoque de singulis litteris variat.[3]) consideranti ipsum Haulerum talia numquam omittere voluisse mihi visum est omnia proferre quae schedae eius continent. si quis umquam exstabit qui iterum codicem perscrutari atque conferre velit, habebit unde collatio ducatur.

In textu constituendo minus quam in priore editione prima manu innixus sum, quoniam persuasum habeo secundam quoque manum sanas — et nonnumquam saniores — lectiones praebere.

NOTITIA DE CODICE VATICANO PALATINO LATINO 24[4])

Orationis pro Carthaginiensibus fragmentum legitur duobus in foliis codicis Palatini.[5]) hic quoque codex est palimpsestus continetque 176 folia ex libris vetustissimis consuta. infra textum superiorem, qui est Testamentum Vetus, legimus fragmenta Livii, Ciceronis orationum, Senecae, Lucani, Gellii, mythographi anonymi, anonymi de Pompeio nonnullaque medicinalia Graeca. textus Testamenti Veteris saeculo VII aut VIII exaratus videtur uncialibus litteris. saeculis IX et XI folia

1) Der Fronto-Palimpsest der Mauriner 20 sqq.
2) Quid Hauler in schedis ineditis notavisset, non noverat Bischoff.
3) Notat Hauler e. g. *CAUSA* (superscriptis *EU OR*), id est pro *c* fortasse *e* legenda est, pro *a*: *u* etc. quod in apparatu critico ita indicavi: *causa* vel *euuor* h.
4) Hoc de codice cf. B. G. Niebuhr, M. Tullii Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta, Romae 1820, 9 sqq.; H. Stevenson et I. B. de Rossi, Codices Palatini Latini Bibliothecae Vaticanae, Romae 1846, 4; Ém. Chatelain, Les palimpsestes latins, École pratique des Hautes Etudes 1904, 17–19; L. Traube, Palaeographische Forschungen IV, Abh. d. hist. Kl. d. kön. Bayer. Akad. d. Wiss. 24, 1909, 17 adn. 1.
5) Vide infra p. 256 sq.

aliquot novis foliis resarta sunt, unde fieri potuit ut nonnullae paginae Frontonianae perierint. hodie nonnisi in foliis 46 et 53 fragmentum orationis legitur. in rescribendo[1]) librarius folia antiqua in duas pluresve partes divisit, ita ut hodie folia Frontoniana 0,143 m tantum longa et 0,093 m lata sint. scriptura est quadrata minutissima saeculi V, ut videtur. duo sunt latercula quorum utrumque 26 versus habet. singuli versus circiter 24 litteras continent, at alii aliis aliquanto longiores brevioresve sunt, unde interdum haud facile discernas quot litterae perierint. cum superior pars foliorum praecisa sit, verisimile videtur folia olim plus quam 26 versus habuisse; praeterea est cur putemus folia olim tria vel quattuor latercula habuisse; scriba enim folia antiqua in duas pluresve partes divisit.

Anno 1820 cum Niebuhr primus fragmenta vetera huius palimpsesti ederet, confessus est[2]) ea quae foliis 46 et 53 continebantur aciem oculorum effugisse. statim post Angelo Mai inimicus codicem inspexit eodemque anno scripsit[3]) se Frontonis fragmenta legere potuisse, quae postea in altera editione Frontonis edidit[4]) specimine scripturae addito. de origine fragmenti nihil constat. W. Weinberger[5]) putabat hunc quoque codicem Frontonis olim Vivarii fuisse, tum in Britanniam indeque cum aliis Palatinis Heidelbergam migravisse. at nescimus quomodo codex in Germaniam venerit neque verisimile est eum umquam Vivariensem fuisse, uti supra[6]) de Bobiensi codice demonstravimus. hoc tantum constat eum anno 1623 una cum ceteris Palatinis Romam in Bibliothecam Vaticanam venisse.

Ut paginas Frontonianas legeret, Mai rursus venenis usus est. post eum et Hauler et Bischoff[7]) textum contulerunt.

Mense Nov. a. 1985 M. P. J. van den Hout

---

1) Foliis Frontonianis inversis scriba posterior exaravit librum Iudith.

2) 17; neque Stevenson – de Rossi neque Chatelain indicant codicem duo folia Frontoniana continere.

3) A. Mai, Nuove notizie del codice vaticano-palatino XXIV, Giornale Arcadico di Scienze, Lettere ed Arti 8, 1820, 86–93; cf. G. Gervasoni, Le prime scoperte di Angelo Mai nella Bibliotheca Vaticana ed i suoi rapporti con B. G. Niebuhr, Athenaeum 6, 1928, 66sqq.

4) Edit. 1823, 330–333.

5) Handschriften von Vivarium 81.

6) P. IXsqq.

7) Hauler in schedis ineditis; Bischoff, Der neue Fronto-Palimpsest 26–28.

NOMINA SCRIPTAQVE EORVM QVI DE TEXTV EMENDANDO BENE MERITI SVNT[1])

Allen (Alanus), H., Coniecturae animadversionesque criticae in M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris reliquias a V. C. Angelo Maio, anno MDCCCXXIII. Romae editas auctiores, Dublinii 1841

–, Observationes in loca aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnullae, Dublinii 1863

–, Observationes in Frontonem nuperrime Lipsiae editum, Dublinii, Londinii, Edinae 1867

Ameling, W., Herodes Atticus II, Hildesheim 1983, 31, 9

André, J.-M., Le De otio de Fronton et les loisirs de Marc-Aurèle, Rev. d. Étud. lat. 49, 1971, 234; 241; 242 adn. 3

Anonymus recensuit editionem principem in: Leipziger Literatur-Zeitung für das Jahr 1816, Erstes Halbjahr, 761 – 773

Anonymus recensuit editionem Niebuhrianam in: Athenäum 1, 1816, 188 – 192

Anonymus recensuit editiones principem et Niebuhrianam in: Jenaische Allgemeine Literatur-Zeitung vom Jahre 1817, 14. Jahrg., 1. Bd., 161 – 195

Anonymi duo recensuerunt Jacobsii Notas criticas appendicemque notarum in: Jenaische Allgemeine Literatur-Zeitung vom Jahre 1817, 14. Jahrg., 3. Bd., 254 – 258

Anonymus recensuit Klussmanni Tulliana, Philol. Anzeiger 8, 1877, 521 – 522

Anonymus (A. Eussner?) recensuit Crossleii Correspondence of Fronto, Philol. Anzeiger 10, 1879 – 1880, 253 – 254

Anonymus recensuit Eberti De Frontonis syntaxi, Philol. Anzeiger 12, 1882, 397 – 400

Arnim, H. von, Stoicorum Veterum Fragmenta III, Lipsiae 1903, fragm. 514

Astarita, Maria L., Roma e l'Oriente: la ciceroniana De imperio Cn. Pompei nella lettura di Frontone, Romanobarbarica 5, 1980, 19 – 21

Babl, J., De epistularum Latinarum formulis, diss. Erlangensis, Bambergae 1893, 12, 2; 14, 2

Bähr, J. Chr. F., Geschichte der römischen Litteratur II[4], Carlsruhe 1869, 633, 8

Baehrens, E., Kritische Satura, Jahrb. f. class. Philol. 105, 1872, 632 – 634

–, apud J. W. Beck, De Differentiarum scriptoribus Latinis, Groningae 1883, 17

–, Fragmenta Poetarum Latinorum, Lipsiae 1886, 59; 376

–, apud J. W. Beck, Coniunctis viribus 3, 1889, 3, 12

Baehrens, W. A., Beiträge zur lateinischen Syntax, Philol. Suppl. Bd. 12, 1912, 391

Baer, Eva, TLL VIII 1626, 33

Bannier, W., TLL V 2, 706, 36

Beck, J. W., recensuit Brakmanni Frontoniana, Museum 10, 1903, 323 – 326

Becker, Ephem. Marburg. 1849, 331 (*non vidi*)

Becker, G., recensuit Klussmanni Emendationes, Jenaer Literatur-Zeitung 1, 1874, 631

---

1) Praetereo eos qui de ipso codice scripserunt quosque in Prolegomenis iam memoravi.

Beikircher, H., TLL VII 2, 1768, 62
Bekker, Imm., eius emendationes invenies in editione Niebuhriana
Beltrami, A., Le tendenze letterarie negli scritti di Frontone, Roma – Milano 1907
–, Il numerus e Frontone, Riv. di filol. e d'istr. class. 36, 1908, 545 – 566
Benndorf, O., coniecturas eius inveni in epistulis ineditis ad Guilelmum Studemund datis et apud Hauler, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 108
Bergk, Th., Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 3, 1845, 121
–, Kritische Bemerkungen zu den römischen Tragikern, Philol. 33, 1874, 307, 70
–, Poetae Lyrici Graeci I^4, Lipsiae 1878, XII 1
Beutner, H., in epistula inedita ad Guilelmum Studemund a. 1871 data
Birt, Th., Kritik und Hermeneutik, München 1913, 47
Bischoff, B., Der Fronto-Palimpsest der Mauriner, Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Kl. 1958, Heft 2; vide supra p. LXXIIIsq.
Blase, H., Geschichte des Irrealis im Lateinischen, Erlangen 1888, 36
–, Geschichte des Plusquamperfekts im Lateinischen, Giessen 1894, 99
–, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 9, 1896, 491 adn.
Blümner, H., Die römischen Privataltertümer, München 1911, 60, 3
Boissonade de Fontarabie, J. F., emendationem eius invenies in editione Cassaniana II 382
Boor, C. de, Fasti censorii, Berolini 1873, 93
Borghesi, B., Archäologische Zeitung 3, 1845, 110 – 111 (= Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfreunden im Rheinlande 9, 1846, 212 – 213)
Borleffs, J. W. Ph., recensuit editionem v. d. Hout, Museum 60, 1955, 161 – 162
Bothe, Fr. H., cf. Goetz, Plauti fragmenta 1894, 179
Bouchier, E. S., recensuit editionem Hainesianam, The Class. Review 36, 1922, 182
Brakman, C., Frontoniana I, II, Diss. Traiecti ad Rhenum 1902
–, Miscella altera, Lugduni Batavorum 1913, 5 – 11
Brinkmann in epistula inedita ad Haulerum a. 1911 data
Brock, Dorothy, vide supra p. LXXI
Browning, R., recensuit editionem v. d. Hout, Class. Review 5, 1955, 285 – 287
Bücheler, Fr., Die Pompejanischen Wandinschriften, Rhein. Mus. N. F. 12, 1857, 260
–, RR im Anlaut benachbarter Silben im Latein, Jahrb. f. class. Philol. 105, 1872, 110
–, Coniectanea, ibid. 105, 1872, 565
–, apud Ribbeck, Com. Rom. Fragm., ^{2}1873, 271
–, Amantissimo suis, Mélanges G. Boissier, Paris 1903, 87
–, TLL V 1, 957, 47
–, in epistulis ineditis ad Guilelmum Studemund datis
Büttner, R., Porcius Licinius und der litterarische Kreis des Q. Lutatius Catulus, Leipzig 1893, 177
Bulhart, V., TLL VIII 802, 50; 914, 30
Buttmann, Ph. K., vide p. LXV

Cassan, A., de eius editione vide p. LXVI
Castiglioni, apud Malcovati, Orat. Rom. Fragm. I, in fragmentis Catonis
Chambalu, A., recensuit Hauleri Ergebnis, Zeitschr. f. d. preuß. Gymnasialwesen 1896, 512
Champlin, E., The Chronology of Fronto, Journ. of Rom. Stud. 64, 1974, 154
–, Fronto and Antonine Rome, Cambridge (Mass.) – London 1980, 166 adn. 52 – 54; 170 adn. 50; 53
Cobet, C. G., Frontonis epistola Graeca emendata, Mnemos. N. S. 1, 1873, 305
Consoli, S., recensuit Brakmanni Frontoniana, Boll. d. Filol. class. 10, 1904, 60 – 62
Cornelissen, J. J., Frontoniana, Mnemos. N. S. 1, 1873, 91 – 96

Cornelissen, J. J., Coniecturae Velleianae, ibid. 5, 1877, 55
–, Ad Frontonem, ibid. 13, 1885, 115–134
Cortassa, G., de eius editione vide p. LXXIII
Corte, Fr. della, de editione eius vide p. LXXIII
Cougny, E., Epigrammatum Anthologia Palatina III, Parisiis 1890, 370
Cova, P. V., I Principia Historiae e le idee storiografiche di Frontone, Napoli 1970
–, Problematica Frontoniana, Boll. d. Studi lat. 1, 1971, 463sq.; 468, 7
–, Lo stoico imperfetto, Napoli 1978, 120, 7
Cramer, A. W., emendationes eius sunt in editione Niebuhriana p. 293–295
Crossley, H., The Correspondence of Fronto and M. Aurelius, Hermathena 5, 1877, 67sqq. = The fourth Book of the Meditations of Marcus Aurelius Antoninus. A revised Text with Translation and Commentary and an Appendix on the Relations of the Emperor with Cornelius Fronto, London 1882, 47sqq.

Daunou, recensuit editionem principem in: Journal des Savans 1816, 27–35
–, recensuit Maii De editione principe, ibid. 1817, 703
Davies, R. W., Fronto, Hadrian and the Roman Army, Latomus 27, 1968, 75–95
Desideri, P., Dione di Prusa, Messina–Firenze 1978, 9
Desrousseaux, A.-M., Sur la correspondance de Fronton, Revue de Philol. 10, 1886, 149–154
Dessau, H., Prosopographia Imperii Romani III, 1897, 276 n. 676
Dietsch, R., Gai Sallusti Crispi quae supersunt II, Lipsiae 1859, 6
Dilthey, K. Orfeo in Tracia, Annali d. Istit. di Corresp. archeol. 39, 1867, 176, 2 (cf. O. Benndorf, Götting. Gelehrte Anzeig. 1868, 1528)
–, apud Ribbeck, Com. Rom. Fragm., ^{2}1873, 271
Dirksen, H. E., Beitrag zur Auslegung einiger Stellen in des Corn. Fronto Reden und Briefen, in: Hinterlassene Schriften I, Leipzig 1871, 249, 34
Dobson, J. F., Some Conjectures in Fronto, Class. Quarterly 6, 1912, 35–37
Drechsler, Fr. J., Ein Beitrag zur Kritik lateinischer Schriftsteller, Progr. Olmütz 1887
Droz, E., De M. Cornelii Frontonis institutione oratoria, Vesontione 1885, 41; 49; 75; 76
Düntzer, H., Ueber die Namen der Stilarten bei den Römern, Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 31, 1877, 424–426

Eberhard, A., Jahresbericht über die Erscheinungen auf dem Gebiete der späteren griechischen Prosa, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. class. Alterthumsw. 2, 1873, 1320
Ebert, Ad., De M. Cornelii Frontonis syntaxi, Diss. Erlangae 1880, 47–49 (= Acta Seminarii philologici Erlangensis 2, 1881, 355–357)
Eckstein, Fr. A., emendationes eius sunt in editione Naberiana (p. XXXIV)
Ehrenthal, L., Quaestiones Frontonianae, diss. Albertina, Regimontii Prussorum 1881, 1–30
Ehrle, Fr., vide p. LXX
Eichstädt, H. K. A., M. Corn. Frontonis operum nuper in lucem protractorum notitia et specimen, Jenae 1816 (recensuit Anonymus, Leipziger Literatur-Zeitung 1816, 1. Halbjahr 46, 367–368)
Ellis, R., On Fronto, Journ. of Philol. 1, 1868, 15–20
–, On Fronto, ibid. 29, 1904, 181–184
–, The Correspondence of Fronto and M. Aurelius. A Lecture with an Appendix of Emendations of the Letters, London 1904, 24–29
Ernout, A., recensuit G. Piccioni, Petronio 61, 9, Rev. d. Philol. 30, 1956, 145–146
–, recensuit editionem v. d. Hout, ibid. 147–149
Eussner, A., Frontonis et M. Caesaris Epistularum emendationes, Rhein. Mus. N. F. 25, 1870, 541–547

Eussner, A., recensuit Klussmanni Emendationum Frontoniarum particulam, Literarisches Centralblatt für Deutschland 1871, 1085–1086
–, Analecta Latina, Jahrb. f. class. Philol. 107, 1873, 522–523
–, Ad Frontonem, ibid. 111, 1875, 766
–, Vindiciae, Blätter f. d. Bayer. Gymnasialschulwesen 24, 1888, 75–76
–, coniecturas ineditas privatim cum Guilelmo Studemund communicavit

Faider, F., Études sur Sénèque, Gand 1921, 66, 1
–, Auli Gelli Noctium Atticarum Praefatio, Musée Belge 31, 1927, 202
Fasce, Silvana, Nota a Frontone, Maia 24, 1972, 362–363
–, L'Erotikos di Frontone in: Aurea Aetas, in memoriam E. V. Marmorale, Pubbl. Ist. di Filol. Class. Genova 38, 1973, 261–272
Frassinetti, P., recensuit editionem Portalupiae, Athenaeum 59, 1976, 217–220
Freixas, A., Una corrección conjetural de la página 166 del Códice Vaticano No. 5750, Revista de Estud. Clásicos 1, 1944, 79–86
– de editione eius vide p. LXXII
Friedländer, L., Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms, Leipzig I⁹, 1921, 309; II¹⁰, 1922, 39, 1
Friedrich, W. H., TLL V 2, 1518, 30
Fröhner, W., Kritische Analekten, Philologus Suppl. Bd. 5, 1889, 49–52
Fülles, G., De Tiberii Claudii Attici Herodis vita, Diss. Bonnae 1864, 22, 32
Funk, A., Die lateinischen Adverbia auf -im, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 8, 1893, 105
–, Ac-credo, ibid. 10, 1898, 529
–, apud Haulerum, Wien. Stud. 41, 1919, 102

Garzya, A., recensuit editionem Pepenianam, Maia 10, 1958, 333–337
Georges, K. E., Ausführliches lateinisch-deutsches Handwörterbuch, II⁵, Leipzig 1862, s. v. olfactorius
–, C. Paucker, Addenda lexicis latinis angezeigt, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 24, 1873, 265
–, Jahresbericht über lateinische Lexicographie für 1880 und 1881, Jahresber. ü. d. Fortschr. d. class. Alterthumsw. 28, 1881, 3. Abt., 270
–, Miscellen, Jahrb. f. class. Philol. 123, 1881, 807
Gercke, A., Senecastudien, Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. 23, 1896, 143–151
Getty, R. J., recensuit editionem v. d. Hout, Class. Rev. 51, 1956, 264–265
Goetz, G., T. Macci Plauti deperditarum fabularum fragmenta, Lipsiae 1894, 179
Greef, A., Die Präposition cum in Verbindung mit dem Relativum, Philol. 35, 1876, 682–683
Gruber, G., TLL VIII 1583, 50
Guenther, O., Variarum lectionum capitula duo, Genethliacon Gottingense, Halis Saxonum 1888, 14–15

Haffter, H., TLL VII 1, 381, 78
Haines, C. R., Some notes on the text of Fronto, Class. Quarterly 9, 1915, 50–54
–, de editione eius vide p. LXXII
Hanslik, R., Fronto und Herodes Atticus, Opuscula philologica des kath. Philologenvereines 6, 1934, 25–33
–, Die Anordnung der Briefsammlung Frontos, Commentationes Vindobonenses 1, 1935, 21–47
–, recensuit editionem v. d. Hout, Gnomon 28, 1956, 118–123
Hauler, Edmund, Ergebnis der neuen Untersuchung der Mailänder Frontoreste, Verhandlung d. 43. Versammlung deutscher Philologen u. Schulmänner in Köln

1895, Leipzig 1896, 78–86 (recensuit A. Chambalu, Zeitschr. f. d. preuß. Gymnasialwesen 1896, 512)
–, Frontonianum, Serta Harteliana, Wien 1896, 263–269 (recensuit E. Wölfflin, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 10, 1898, 145)
–, apud R. Novák, Wien. Stud. 19, 1897, 247, 7; 249, 14; 256, 22
–, Sallustcitate bei Fronto, Rhein. Mus. N. F. 54, 1899, 161–170
–, Zu Fronto, Wien. Stud. 22, 1900, 140–141
–, Zu Fronto, ibid. 318
–, Ad Frontonem, ibid. 23, 1901, 338
–, Zu Fronto, ibid. 24, 1902, 232
–, Zu Frontos 'Principia Historiae', ibid. 519–522
–, Zur älteren römischen Literaturgeschichte, Festschrift Theodor Gomperz, Wien 1902, 388–392
–, Zu Fronto, Wien. Stud. 25, 1903, 162–164
–, Zu Fronto, ibid. 331
–, Frontonianum, Mélanges Boissier, Paris 1903, 245–248
–, C. Brakman, Frontoniana, Zeitschr. f. österreichische Gymnasien 54, 1903, 32–37
–, C. Brakman, Frontoniana, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 13, 1904, 297–298
–, TLL II 1650, 42sq. (1904)
–, Fronto über Protogenes und Nealkes, Mitteil. d. kais. deutschen archaeol. Instit., Röm. Abt. 19, 1904, 317–321
–, Zu Fronto (S. 120, Z. 18ff. Naber), Wien. Stud. 26, 1904, 344
–, RE V 2, 1905, 2011, 13
–, Zu Fronto S. 152, Z. 3 (Naber), Wien. Stud. 27, 1905, 146
–, Zu Fronto p. 152, 14 und 28 (Naber), ibid. 304
–, Bericht über den Stand der Frontoausgabe, Verhandl. d. 48. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Hamburg 1905, Leipzig 1906, 51–53
–, Zu Fronto p. 111, 14ff. und 137, 16ff. (Naber), Wien. Stud. 28, 1906, 169–170
–, Zu Fronto (S. 17, Z. 4ff. Naber), ibid. 29, 1907, 172
–, Zu Fronto S. 17, 12ff. (Naber), ibid. 328
–, Lepturgus, chirurgus u. ä. bei Fronto, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 106–112
–, apud P. Rasi, ibid. 15, 1908, 526 adn.
–, Zum Sendschreiben des Catulus und über die Consilia des Asinius Pollio, Wiener Eranos zur 50. Versammlung deutscher Philologen u. Schulmänner in Graz 1909, Wien 1909, 213–224
–, Zu Fronto (S. 125, 15f. Naber), Wien. Stud. 31, 1909, 179–180
–, Neues aus dem Frontopalimpsest, ibid. 259–270 (recensuit J. Tolkiehn, Wochenschr. f. klass. Philol. 27, 1910, 979)
–, Neues aus dem Frontopalimpsest, Verhandl. d. 50. Versamml. deutscher Philologen u. Schulmänner in Graz 1909, Leipzig 1910, 84–87
–, Fronto. Über klassische Ausgaben lateinischer Schriftsteller, Mélanges Émile Chatelain, Paris 1910, 622–627
–, Frontonianum (De initio sextae primi Ad M. Caesarem libri epistulae), Miscellanea Ceriani, Milano 1910, 503–510
–, Zu Ennius, Zeitschr. f. d. österreich. Gymn. 61, 1910, 673–684
–, Zu Fronto (S. 162, Z. 14f. Naber), Wien. Stud. 32, 1910, 160
–, Zu Fronto S. 162, Z. 5ff. (Naber), ibid. 325–326
–, TLL V 1, 754, 41 (1911)
–, Zu Fronto (S. 125, Z. 1ff. und 171f. Naber), Wien. Stud. 33, 1911, 173–176
–, Zu Fronto (Seite 19, Zeile 9 N.), ibid. 338
–, Aus dem Frontopalimpsest, ibid. 34, 1912, 253–259
–, Zu Fronto Seite 142, Z. 12ff. (Naber), ibid. 35, 1913, 398–399

Hauler, Edmund, Zu Fronto S. 161, Z. 4ff. (Naber), ibid. 36, 1914, 342–343
–, Zu Fronto Seite 111, Z. 9ff. (Naber), ibid. 37, 1915, 187–188
–, Zu Fronto S. 14, Z. 8ff. und S. 15, Z. 7 (Naber), ibid. 374–376
–, Zu Frontos Principia Historiae, II, ibid. 38, 1916, 166–175
–, Zu Frontos Ad Amicos I 3 (S. 176, Z. 3ff. Naber), ibid. 379–381
–, Frontos Laberiuszitate und sein Urteil über Seneca d. J., ibid. 39, 1917, 122–134
–, Zu Fronto (S. 159, Z. 6ff. und S. 160, Z. 3ff. Naber), Ludi talarii, ibid. 173–176
–, Zu Fronto (S. 131, Z. 19 und S. 138, Z. 11ff. Naber), ibid. 293–294
–, Zu Fronto (S. 117, Z. 9ff. N.), ibid. 40, 1918, 95–96
–, Zu Fronto S. 46, Z. 18 und S. 149, Z. 14ff. (Naber), ibid. 173–178
–, Zu Fronto (Seite 20, Z. 14f. Naber), ibid. 41, 1919, 101–104
–, Zu Fronto (S. 67, Z. 12ff. Naber), ibid. 196
–, Zu Fronto S. 171, 19 und 210, 2ff. (Naber), ibid. 42, 1920–1921, 95–96
–, Zu Fronto S. 143, Z. 1ff., 18ff., 24f., 31f. (Naber), ibid. 186–187
–, TLL VI 1, 1052, 47 sqq. (1920)
–, Zur Abwehr (Prof. W. M. Lindsay und meine Frontoausgabe), a. 1921 privatim edidit
–, apud Schanz, Gesch. d. röm. Lit. [3]III, München 1922, 93; 99
–, Zu Fronto S. 158, Z. 9–17 (Naber), Wien. Stud. 43, 1922–1923, 102–104
–, Zu Fronto S. 232, Z. 15f. (Naber), ibid. 217–218
–, apud Th. Schwierczina, Philol. 79, 1924, 318
–, Zu Fronto Seite 13, Z. 4ff. (Naber), Wien. Stud. 44, 1924–1925, 123–124
–, Zu den Orleaner Bruchstücken des III. Buches von Sallusts Historien, ibid. 194, 5
–, TLL VI 2, 1673, 42 (1925)
–, Zu Fronto S. 127, Z. 12–14 (Naber), Wien. Stud. 45, 1926–1927, 130–136
–, Perpulsare, ibid. 262, 1
–, Zu Fronto De orationibus und Ad amicos (S. 161, Z. 14ff. und S. 185, Z. 10ff. Naber), ibid. 46, 1928, 242–246
–, Von meiner letzten italienischen Studienreise (Zu Terenz und Fronto S. 180 und 203 Naber), ibid. 47, 1929, 172–182
–, apud F. Walter, Wien. Stud. 48, 1930, 80, 1–3
–, Zu Petrons Cena Trimalchionis, ibid. 226
–, apud E. Orth, Philol. Wochenschr. 51, 1931, 461
–, TLL VII 1, 47, 62 (1932)
–, apud E. Löfstedt, Syntactica II, Lund 1933, 194, 1
–, Zu Fronto S. 194, Z. 21ff. (Naber), Wien. Stud. 51, 1933, 148–152
–, TLL VII 1, 242, 82 (1934)
–, Zu Fronto Seite 195, Zeile 12ff. und S. 198, Z. 3ff. (Naber), Wien. Stud. 52, 1934, 158–163
–, Zu Fronto Seite 185, Zeile 16 bis S. 186, Z. 12 (N.), ibid. 53, 1935, 167–171
–, TLL VII 1, 330, 36; 331, 14 (1935)
–, TLL VI 3, 2586, 15 sq. (1936)
–, Zu Fronto S. 201, Z. 2ff. und S. 203, Z. 7ff. (Naber), Wien. Stud. 54, 1936, 160–164
–, TLL VII 1, 592, 60; 602, 30; 615, 24 (1937)
–, Zu Fronto S. 127, Z. 3ff. (Naber), Wien. Stud. 55, 1937, 196–199
–, TLL VIII 244, 65 (1937); VI 2, 2847, 33 (1938); VIII 342, 3 (1938)
–, Zu Fronto S. 133, 4ff. und S. 198, 12–15 (Naber), Wien. Stud. 56, 1938, 119–120
–, TLL V 2, 1325, 29 (1939)
–, Zu Frontos De nepote amisso (S. 236, Z. 3ff. Naber), Wien. Stud. 57, 1939, 172–175

Hauler, Edmund, Zu Frontos Arion (S. 237f. Naber), ibid. 58, 1940, 133–137
–, TLL VIII 712, 45; 731, 49 (1944); VIII 825, 67; 927, 44 (1952); VIII 1151, 35 (1957); VII 2, 295, 55 (1962); IX 2, 419, 20 (1973)
Haupt, M., Ovidii Halieutica, Gratii et Nemesiani Cynegetica, ex rec. M. Hauptii, Lipsiae 1838, 40
–, Emendantur Sex. Propertii elegiae, Acad. Berol. Index lect. aestiv. 1856, 7–10 (= Opuscula II, Lipsiae 1876, 106–110)
–, Analecta, Hermes 1, 1866, 23–24 (= Opuscula III 2, 1876, 316–317)
–, Emendantur Frontonis epistulae, Acad. Berol. Index lect. aestiv. 1867, 3–11 (= Opuscula II 346–357)
–, Varia, Hermes 4, 1870, 154 (= Opuscula III 2, 464)
–, Varia, Hermes 5, 1871, 189–190 (= Opuscula III 2, 535)
–, Coniectanea, Hermes 6, 1872, 388 (= Opuscula III 2, 563)
–, Coniectanea, Hermes 8, 1874, 15; 178 (= Opuscula III 2, 619–620)
–, complures coniecturas ineditas Hauler in eius exemplari Frontonis invenit
Havet, L., Sur un discours de Caton, Revue de Philol. de Litt. et d'Hist. anciennes 3, 1879, 79–80
–, recensuit Klussmanni Curas Africanas, Revue crit. d'Hist. et de Litt. N. S. 15, 1883, 205–206
–, Le Reviseur du Ms. de Fronton, Revue de philol. 10, 1886, 189
Heerdegen, F., Über Umfang und Gliederung der Sprachwissenschaft im Allgemeinen und der lateinischen Grammatik insbesondere. Untersuchungen zur lateinischen Semasiologie I, Erlangen 1875, 93
Heindorf, L. F., vide p. LXV
Heinrich, K. Fr., Auctuarium emendationum in Frontonis reliquias ex nupera editione Berolinensi, Kiliae 1817
Henderson, Ch., Cato's Pine Cones and Seneca's Plums: Fronto p. 149 vdH., Trans. a. Proceed. Amer. philol. Assoc. 86, 1955, 256
Heraeus, W., Quaestiones criticae et palaeographicae de vetustissimis codicibus Livianis, Berolini 1885, 26
–, Die römische Soldatensprache, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 12, 1902, 270
–, apud Hauler, Wien. Stud. 46, 1928, 243
–, complures emendationes eius non editas in exemplari Frontonis quod est in bibliotheca Thes. Linguae Lat. inveni
Hercher, R., Zu Fronto, Hermes 9, 1875, 255
Hercker, coniecturam ineditam inveni in schedis Haulerianis
Hertz, M., Renaissance und Rococo in der römischen Litteratur, Berlin 1865, 47, 1
–, Miscellen, Jahrb. f. class. Philol. 93, 1866, 579–580
–, Miscellen, ibid. 107, 1873, 337–339
–, Vindiciae Gelli alterae, ibid. 7. Suppl.-Bd., 1873, 22, 50; 23, 52–53
–, De ludo talario, Index lection. Vratislaviae 1873, 11, 2 (recensuit A. O. Fr. Lorenz, Philol. Anzeiger 8, 1877, 163–165)
–, Zu Apuleius' Florida und Fronto de orationibus, Rhein. Mus. 29, 1874, 367
–, Analecta ad carminum Horatianorum historiam III, Index lection. Vratislaviae 1879, 4–5
Herwerden, H. van, Nova Frontoniana, Mnemos. N. S. 1, 1873, 293–294
–, Emendatur Fronto Ep. 259, 11, ibid. 31, 1903, 210
Hey, O., TLL I 1460, 70; III 1240, 20; 1297, 80; VI 1, 529, 10; 536, 53; 1196, 23; VI 2–3, 1702, 5
Hildebrand, G. Fr., L. Apuleii Opera omnia I, II, Lipsiae 1842 (cf. indicem II 719)
Hirschfeld, O., duae emendationes apud Studemund, Epistula critica XXXII
–, Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian, Berlin [2]1905, 86; 339sq.

Höhne, E., Die Geschichte des Sallusttextes im Altertum, Diss. München 1927, 38–54
Hofer, A. A., De M. C. Frontonis et M. Aurelii imperatoris elocutione, Wien 1890 (diss. inedita)
Hofmann, J. B., TLL VII 1, 1548, 58
Hofmann, J. B. – Szantyr, A., Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965, 73
Housman, A. E., Notes on Fronto, Proceed. of the Cambridge Philol. Soc. 134, 1926, 21–22 (= Classical Papers III 1268)
Hout, M. P. J. van den, Textkritisches und Sprachliches zu Fronto, Mnemos. 12, 1944, 223–238
–, On the Text and Language of Fronto II, ibid. N. S. 1, 1948, 59–72
–, de editione eius vide p. LXXIII
Hudemann, E. E., apud R. Klotz, Handwörterbuch der lateinischen Sprache, II, Braunschweig 1857, s. v. permarinus
Hübner, E., apud H. Jordan, M. Catonis ... quae exstant, 1860, LXXXIX

Ihm, M., TLL II 1, 73, 27
Ilberg, H., Q. Ennii Annalium libri primi fragmenta emendata et disposita, Bonnae 1852
Ilberg, J., Aus Galens Praxis, Neue Jahrb. f. d. klass. Altert., Geschichte u. deutsche Litt. 15, 1905, 288

Jacobs, Fr., Notae criticae in M. Corn. Frontonis epistolas Graecas, Litterarische Analekten 1, 1816, 108–127
–, Appendix notarum criticarum in Frontonis epistolas Graecas, ibid. 246–250
–, Aeliani Historia animalium, Lipsiae 1832, 218
–, Ad M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris Epistolas ab Angelo Maio iterum editas Romae 1823, Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 5, 1838, 1019–1027
Jahn, O., Fronto, Rhein. Mus. N. F. 3, 1845, 156
–, Über die Subscriptionen in den Handschriften römischer Classiker, Berichte ü. d. Verhandl. d. königl. sächsischen Gesellschaft d. Wiss. zu Leipzig, Philol.-hist. Classe 3, 1851, 360–361
–, Variarum lectionum fasciculus alter, Philol. 28, 1869, 7
Jordan, H., M. Catonis praeter librum de re rustica quae extant, Lipsiae 1860, XX; XCI; XCVIII; 35; 37; 61
–, Bemerkungen zur Kritik des Sallustius, Hermes 1, 1866, 242
–, Der Brief des Quintus Catulus de consulatu suo, Hermes 6, 1872, 68–81

Kalinka, E., Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 66, 1915, 603
–, ineditam coniecturam eius inveni in schedis Haulerianis
Kan, J. B., Epistula critica ad C. G. Cobet, Mnemos. N. S. 9, 1881, 343
Kemper, J. A. R., TLL VII 2, 1629, 52
Kessler, C. Chr. G., De locis qui in M. Frontonis epistolis ad Antoninum Pium, ad Marcum Caesarem et ad Verum Imperatorem Aurelium Caesarem ab A. Maio inscriptis litura corrupti deprehenduntur, probabili coniectura sarciendis, Lipsiae 1829
Kiehl, E. J., apud Naberum, Mnemos. 2, 1874, 225–227, cf. supra p. LXIX adn. 2
Kiessling, Ad., in epistula inedita ad Guilelmum Studemund an. 1867 data
–, recensuit editionem Naberianam, Philol. Anzeiger 1, 1869, 59–61
–, apud Studemund, Epistula critica XXXIII
–, apud Priebe, De M. Corn. Frontone I 13; II 6; 48
–, apud Hauler, Wien. Stud. 51, 1933, 150
Klee, Th., TLL VI 1, 692, 50
Klein, J., Zu Fronto, Rhein. Mus. N. F. 31, 1876, 639–640

Klotz, A., TLL II 657, 75
Klussmann, E., Frontonis Epistolae, Philol. 27, 1868, 240
Klussmann, R., Emendationum Frontoniarum particula, diss. Gottingae 1871 (recensuit A. Eussner, Literarisches Centralblatt f. Deutschland 1871, 1085–1086)
–, Emendationes Frontonianae. Inest Epistula critica Guilelmi Studemund ad Rud. Klussmann, Berolini 1874 (huius libri prima pars repetit Particulam; recensuerunt G. Becker, Jenaer Literaturzeitung 1, 1874, 631; K. Schenkl, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 26, 1875, 30–34; I. Müller, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. class. Alterthumswiss. 18, 1879, 2. Abt. 170–171)
–, Zu Fronto, Jahrb. f. class. Philol. 109, 1874, 636–638
–, Tulliana, Progr. Gera 1877, 3 (recensuit Anonymus, Philol. Anzeiger 8, 1877, 521–522)
–, recensuit Eberti De M. C. Frontonis syntaxi, Philol. Rundschau 1, 1881, 1366–1371
–, Curae Africanae, Progr. Gera 1883, 19–23 (recensuerunt L. Havet, Revue crit. d'Hist. et de Litt. 15, 1883, 205–206; K. Sittl, Philol. Rundschau 3, 1883, 1104–1105; M. Zink, Philol. Wochenschr. 3, 1883, 839–841; G. Landgraf, Blätter f. d. bayer. Gymnasialschulwesen 20, 1884, 55–56; K. J. Burkhard, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. class. Alterth. 93, 1897, 2. Abt. 93–94)
–, Zu Archiv VII 582f., Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 8, 1893, 134–135
Knapp, Ch., recensuit editionem Hainesianam, Class. Weekly 15, 1921–1922, 188–189; cf. ibid. 29, 1936, 86, 1a
Krüger, P., apud Studemund, Epistula critica III 2, cf. p. LXIX adn. 2
Kübler, B., Juristisches, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 7, 1892, 592–593
–, Scobis critica, ibid. 8, 1893, 135–136
–, apud J. Vahlen, Ennianae poesis reliquiae, Lipsiae ²1903, ad Ann. I 67
–, Das Perlenhalsband der Prinzessin Matidia, Festschrift Paul Koschaker II, Weimar 1939, 360, 18
–, vide supra p. LXIX adn. 2
Kühner, R. – Stegmann, C., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache, II³ 1, Leverkusen 1955, 455

Labhardt, A., TLL VII 1, 499, 54
Lachmann, K., In T. Lucretii Cari de rerum natura libros commentarius, Berolini 1850, 40; 264; 352; 405
Landgraf, G., recensuit Klussmanni Curas Africanas, Blätter f. d. bayer. Gymnasialschulwesen 20, 1884, 55–56
Leo, Fr., cf. Hauler, Verhandl. d. 48. Vers. d. Philol. 51; Wien. Stud. 31, 1909, 261
–, Geschichte der römischen Literatur I, Berlin 1913, 476, 3
Leopardi, G., Discorso sopra la vita e le opere di M. Cornelio Frontone e Volgarizzamento degli scritti, che il Mai ne publico, 1816 in: Opere inedite di Giacomo Leopardi pubbl. da G. Cugnoni I, Halle 1878 et F. Flora, II, Milano 1940
–, Scritti di Giacomo Leopardi, VIII, a cura di G. Pecella e S. Timpanaro, Firenze 1969, 45–103
Leutsch, E. von, Zu Fronto, Philol. 30, 1870, 176
Levens, R. G. C., vide p. LXXIII
Lobeck, Chr. A., Aglaophamus, Regimontii Prussorum 1829, 707
Löfstedt, E., Coniectanea, Eranos 7, 1907, 111
–, Coniectanea, ibid. 11, 1911, 245–246
–, Philologischer Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae, Uppsala 1911 (= 1936); cf. indicem libri
–, Syntactica, Studien und Beiträge zur historischen Syntax des Lateins II, Lund 1933; cf. indicem
–, Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax, Lund 1936; cf. indicem

Madvig, J. N., Adversaria critica II, Hauniae 1873, 613–616
Mähly, J., Zu Fronto, Philol. 17, 1861, 176–178; 19, 1863, 159—161
–, Zu Fronto, ibid. 19, 1863, 159–161
Mai, A., De editione Mediolanensi operum Frontonis commentationes in: Cicero Ambrosianis codicibus illustratus et auctus, Mediolani ^{2}1817, 11–37
–, de editionibus vide p. LXIIIsqq.; LXXX
Marache, R., La critique littéraire de langue latine et le développement du gout archaïsant au IIe siècle de notre ère, Rennes 1952, 144, 1
–, recensuit editionem v. d. Hout, Revue d. Etud. anc. 56, 1954, 478 et Revue d. Etud. lat. 32, 1954, 422–424 et Lustrum 10, 1965, 217–218
–, recensuit Pescani Coniecturas, Revue d. Etud. anc. 65, 1963, 216 et Latomus 22, 1963, 370
Mariotti, S., apud S. Timpanaro, Ann. d. Scuola Norm. sup. di Pisa 24, 1955, 280
Mazzarino, A., Due note filologiche II, Carisio, 175, 12 Barw., Maia 1, 1948, 65–67
Mazzuchelli, P., vide p. XLVI adn. 5 et 7; LXVI
Memelsdorff, M., De archivis Imperatorum Romanorum, qualia fuerint usque ad Diocletiani aetatem, diss. Halis Saxonum 1890, 10sq.
Mess, A. von, TLL I 1796, 25
Meyer, G., TLL V 2, 1777, 7
Meyer, H., Oratorum Romanorum Fragmenta, Turici ^{2}1842, 31; 518
Miltner, Fr., saepius codicem Frontonianum inspexit ut Haulerum iuvaret; cf. Hauler, Wien. Stud. 43, 1922–1923, 103; 218; 47, 1929, 177; 58, 1940, 133; 137. vide Prolegomena p. LXXI; LXXVI
Mommsen, Th., apud H. Jordan, M. Catonis . . . quae extant, Lipsiae 1860, 37; 61
—, Die Chronologie der Briefe Frontos, Hermes 8, 1874, 198–216 (= Gesammelte Schriften IV, Berlin 1906, 469–486)
–, Römisches Staatsrecht I^{3}, Leipzig 1887, 416, 4; II 1^{2}, 1877, 896, 1; III^{3}, 1888, 559, 3
–, Römische Geschichte V^{3}, Berlin 1886, 402, 1
–, apud Haulerum, Miscell. Ceriani, Milano 1910, 509
–, plagulae Haulerianae ei corrigendae commissae sunt, cf. Hauler, Verhandl. d. 48. Vers. 51; Wien. Stud. 31, 1909, 261
Müller, C. F. W., Kritische Bemerkungen zu lateinischen Prosaikern, Progr. Landsberg 1865, 8–9
–, Zu lateinischen Prosaikern, Rhein. Mus. 20, 1865, 156
–, Zu den beiden Seneca und anderen lateinischen Prosaikern, Jahrb. f. class. Philol. 93, 1866, 487–488; 489; 490–491
–, Zu Ammianus Marcellinus, ibid. 107, 1873, 349–350
Müller, Lucian, Frontoniana, Jahrb. f. class. Philol. 95, 1867, 752
–, recensuit editionem Naberianam, Literarisches Centralblatt f. Deutschland 1868, 537–540
–, C. Lucili Saturarum reliquiae, Lipsiae 1872, 320
–, Q. Enni Carminum reliquiae. Accedunt Cn. Naevi Belli Poenici quae supersunt, Petropoli 1884, 4; 10
Münscher, K., TLL II 1578, 3; RE VIII 1, 930, 34sq.
Münzer, Fr., RE XIII 1638, n. 12
Mützell, J., Zu Fronto, Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 13, 1859, 640
Mustard, W. P., recensuit editionem Hainesianam vol. I, Amer. Journ. of Philol. 41, 1920, 297; vol. II ibid. 42, 1921, 188

Naber, S. A., Parentalia, Mnemos. N. S. 2, 1874, 225–227
–, Selecta, ibid. 16, 1888, 114
–, Frontonis epist. ad M. Caesarem I. 4, ibid. 24, 1896, 396
—, de editione vide p. LXVIIsq.

Niebuhr, B. G., de editione vide p. LXV
Nitzschner, A., De locis Sallustianis qui apud scriptores et grammaticos veteres leguntur, diss. Gottingensis, Hannoverae 1884, 11–22
Novák, R., Miscellanea critica, Listy filologické a paedagogické 13, 1886, 17–18
–, Ad Frontonem, ibid. 202–207
–, Ad scriptores Historiae Augustae, ibid. 362
–, Zu Fronto, Wien. Stud. 19, 1897, 242–257

Orelli, G. C., de eius editione vide p. LXVIsq.
Orth, E., Zu Fronto und Damaskios, Philol. Wochenschr. 50, 1930, 893–894
–, Zu Lukrez, ibid. 51, 1931, 460–462
–, λογιος, ibid. 1565
–, permultas coniecturas inveni in epistulis eius ineditis ad Haulerum datis

Pearce, J. W. E., A passage of Fronto, Class. Review 33, 1919, 153
–, nonnullas coniecturas invenies in editione Hainesiana
Pease, A. S., recensuit editionem v. d. Hout, Amer. Journ. of Philol. 76, 1955, 439–440
Peerlkamp, P. Hofman, Q. Horatii Flacci Satirae, Amstelodami 1863, 28; 77; 151; 176
Pepe, L., de editione eius vide p. LXXIII
Pescani, P., Coniecturae atque animadversiones criticae in Frontonis opera, Roma 1961 (recensuit R. Marache, Revue d. Etud. anc. 65, 1963, 216–217; Latomus 22, 1963, 370)
Petri, recensuit Rasii Frontonianum, Wochenschr. f. klass. Philol. 26, 1909, 1014
Peyron, A., recensuit editionem principem, Biblioteca Italiana 4, 1816, 377–387; 5, 1817, 1–12
Philibert-Soupé, A., De Frontonianis reliquiis, Ambiani 1853
Portalupi, Felicita, de editione eius vide p. LXXVI
Potter, D., The mysterious Arbaces, Amer. Journ. of Philol. 100, 1970, 541–542
Priebe, C., De M. Cornelio Frontone imitationem prisci sermonis latini adfectante, Progr. Stettin I, 1885, 10, 52; II, 1886, 11, 78
Primmer, A., TLL VII 2, 547, 55
Puccioni, G., Petronio 61, 9; Frontone e la storia di autem, Ann. d. Scuola Norm. sup. di Pisa 23, 1954, 362–366

Quicherat, L., apud G. Goetz, Plauti . . . fragmenta, Lipsiae 1894, 185

Rasi, P., Vōmi Perfektform von vomere?, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 526
–, Frontonianum, Boll. di Filol. class. 15, 1908–1909, 157–159
–, Nuove osservazioni sul Carmen de Pascha, Miscellanea Ceriani, Milano 1910, 600–603
–, Una forma rara del perfetto di amicio (A proposito di un passo di Frontone), Riv. di Filol. 38, 1910, 545–547
Ratti, A. (Pius XI. Papa), legit locum quendam in ipso codice ut Rasium iuvaret, Boll. di Filol. class. 15, 1908–1909, 158–159, cf. supra p. LXX adn. 1
Rehm, B., TLL V 2, 1245, 79; VII 1, 962, 43
Reichmann, V., Fronto p. 218, 14ff. v. d. H. (= p. 230 N.), Museum Helvet. 17, 1960, 235–237
Reifferscheid, A., coniecturas eius inveni in exemplari Frontoniano quod fuit Heraei
–, Suetonii Tranquilli praeter Caesarum reliquiae, Lipsiae 1860, 273
Reinhardt, L., De retractandis fabulis Plautinis, diss. Greifswald 1872, 38 thesis 3
Reisch, E., Kalamis, Jahreshefte d. Österr. Archäol. Instit. 9, 1906, 225

Reitzs, coniecturam eius inveni in exemplari quod fuit Heraei
Ribbeck, O., Tragicorum Romanorum Fragmenta, Lipsiae ²1871 (³1897), LXX; ad Ennii incerta fragm. LXI; ad Incert. incerta fragm. XLV
–, Comicorum Romanorum Fragmenta, Lipsiae ²1873 (³1898), CXXX; ad Naevii inc. fragm. IV
Riese, A., Zu Fronto, Jahrb. f. class. Philol. 91, 1865, 146
Rieu, G. N. du, complures emendationes in editione Naberiana sunt; cf. p. LXVII
Ritschl, Fr., apud Goetz, Plauti deperdit. fab. fragm. 179
Rohden, P. von, Prosopographia Imperii Romani III, 1897, 111 n. 820
Roßbach, O., Breslauer philol. Abhandlungen II, 1888, 116, 8
Rossi, S., Naevius, Naefius et Novius, Giorn. ital. di filol. 18, 1965, 334–336
Roth, F., Bemerkungen über die Schriften des M. Corn. Fronto und über das Zeitalter der Antonine, Nürnberg 1817, 8, 11–12
Roth, K. L., C. Suetoni Tranquilli quae supersunt omnia I, Lipsiae 1858, 244
Rubenbauer, H., TLL VIII 951, 67; 1238, 69

Sauppe, H., nonnullas coniecturas privatim cum Guilelmo Studemund communicavit
Schaefer, A., De locis nonnullis Ciceronis, Plinii, Frontonis, in: Philologis Germaniae congressis Dresdae m. Octobri 1844 ... commentarios varii argumenti tres obtulerunt G. Bezzenberger, A. Schaefer, G. Curtius, Progr. Dresdae 1884, 12–16
–, Zu Fronto, Philol. 26, 1867, 574–575
–, nonnullas coniecturas privatim cum Mauritio Haupt communicavit qui eas in exemplari suo Frontonis adnotavit
Schanz, M., Geschichte der römischen Literatur, I⁴, München 1927, 315; II⁴, 586 sq.; III³, 1922, 99
–, Die Abfassungszeit des Octavius des Minucius Felix, Rhein. Mus. 50, 1895, 128, 4
Scheindler, apud Hauler, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 108
Schenkl, K., recensuit Klussmanni Emendationes, Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 26, 1875, 30–34
Schmalz, J. H., Kritische Kleinigkeiten, Berl. philol. Wochenschr. 35, 1915, 125–128
Schmitt, Anni, Das Bild als Stilmittel Frontos, diss. München 1934
Schneider, O., Callimachea II, Lipsiae 1873, 788–789
Schöll, F., Com. Plautin. IV fasc. IV, Lipsiae 1893, ad Most. 138
–, apud Goetz, Plauti ... fragmenta, Lipsiae 1894, 179
Schöll, R., apud Hauler, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 15, 1908, 107
Schoener, Chr., Über die Titulaturen der römischen Kaiser, Acta Semin. philol. Erlangensis II, 1881, 484
Schopen, L., Kritische Beiträge zu Fronto, Progr. Bonn 1830
–, Emendationes Frontonianae II, Progr. Bonn 1841
Schweitzer, B., Xenokrates von Athen. Schriften d. Königsberger gelehrt. Gesellsch. 9, 1, Halle 1932, 38, 1
Schwierczina, Th., Frontoniana, diss. Vratislaviae 1883, 40–56 (recensuit K. Sittl, Jahresb. ü. d. Fortschr. d. class. Alterth. 55, 1888, 238–239)
–, Die Abundanz des Ausdrucks in den Briefen Frontos, Breslau 1920 (ineditum), 69–71
–, Coniectanea in Frontonem, Philol. 79, 1924, 317–322
Scivoletto, N., recensuit editionem v. d. Hout, Giorn. ital. di filol. 8, 1955, 164–167
Seyffert, O., Zu Plautus, Philol. 29, 1870, 398
Sheppard, J. T., On Fronto ad Marcum Caesarem I 10, Berl. philol. Wochenschr. 34, 1914, 286–287

Sinko, Th., Coniectanea, Wien. Stud. 25, 1903, 160
Sittl, K. recensuit Klussmanni Curas Africanas, Philol. Rundschau 3, 1883, 1104sq.
Six, J., Protogenes, Jahrb. d. k. Deutschen Archäol. Instit. 18, 1903, 34–36
–, Nealkes, ibid. 23, 1907, 1–6
Skutsch, Fr., plagulae Haulerianae ei corrigendae commissae sunt, cf. Hauler, Verhandl. d. 48. Versamml. 51; Wien. Stud. 31, 1909, 261
Skutsch, Otto, in epistula a 1965 ad Rudolphum Hanslik privatim data
Spangenberg, vide p. LXVII
Steinmetz, P., Untersuchungen zur römischen Literatur des zweiten Jahrhunderts nach Christi Geburt, Wiesbaden 1982, 158; 159; 175, 35
Steuart, E. M., The Annals of Quintus Ennius, Cambridge 1925, 112
Stich, H., recensuit Crossleii Fourth Book, Philol. Rundschau 3, 1883, 657
Studemund, W., Epistula critica ad Klussmannum, vide p. LXVIII
–, in epistula a. 1871 ad Klussmannum data

Tassin, R. P., vide p. LXXIV; LXXV
Terzaghi, N., Storia della letteratura latina, Milano 1934, 93, 6
Teuffel, W. S., Geschichte der römischen Literatur, I^6, Leipzig 1916, § 137, 5; 142, 4; 179, 14
Thesaurus Linguae Latinae (TLL), Lipsiae 1900sqq.; hic nonnulli lexicographi emendationes proposuerunt
Thompson, W. H., vide p. LXVIII
Timpanaro, S., Ennio Sc. 312–314 Vahl.[2] e Frontone p. 217 Nab., Ann. d. Scuola Norm. sup. di Pisa 1949, 191–193
–, La filologia di Giacomo Leopardi, Firenze 1955
–, recensuit editionem v. d. Hout, Ann. d. Scuola Norm. sup. di Pisa 24, 1955, 276–282
–, Note Serviane, Studi Urbinati 31, 1957, 171–179 (= Contributi 457–472)
–, Contributi di filologia e di storia della lingua latina, Roma 1978, 345–388
–, Alcune citazioni di autori antichi nella corrispondenza epistolare di Frontone e di Marco Aurelio in: Scritti in onore di T. Bolelli, Pisa 1985
–, Spigolature Frontoniane, in: Studi in onore di A. Barigazzi II, Roma 1986, 237–243
Tolkiehn, J., recensuit libellum Haulerianum, Wochenschr. f. klass. Philol. 27, 1910, 979
Toustain, Ch. F., vide p. LXXIV
Traube, L., plagulas Haulerianas an. 1900 emendavit

Unger, R., Zur Kritik der Scriptores Historiae Augustae, Jahrb. f. class. Philol. 119, 1879, 493
Usener, H., An den Herausgeber, Jahrb. f. class. Philol. 91, 1865, 267–268

Vahlen, J., Cn. Naevi De Bello Punico reliquiae, Lipsiae 1854, 6–7
–, Zu Fronto, Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 19, 1868, 10
–, Varia, Hermes 10, 1876, 458
–, Ennianae poesis reliquiae, Lipsiae [2]1903, ad Annal. I 67; Telam. frg. II
Venini, Paola, recensuit editionem Pepeianam, Athenaeum 36, 1958, 164–166
Vliet, J. van der, Fronto. Ep. II 10 (Ad Amic.), Mnemos. 22, 1894, 285
Vogel, Fr., Quaestionum Sallustianarum pars altera, Acta Semin. philol. Erlangensis 2, 1881, 407, 4
Volkmann, R., Die Rhetorik der Griechen und Römer, Leipzig [2]1885, 318; 416
Vollmer, Fr., in plagulis Haulerianis nonnullas coniecturas eius inveni
Vretska, K., recensuit editionem v. d. Hout, Anzeiger f. d. Altertumswiss. 11, 1958, 18–21

Walter, Fr., Zu lateinischen Schriftstellern, Philol. 83, 1928, 320–321
–, Zu lateinischen Schriftstellern I, Wien. Stud. 48, 1930, 79–80
Warmington, E. H., Remains of Old Latin I, London–Cambridge 1967, 24
Warnecke, RE XI 1, 1384, 32 sqq.
Warren, Minton, On a literary judgment of Fronto, Transact. of the Amer. Philol. Assoc. 25, 1894, XLII–XLV
Wauters, R., recensuit editionem Portalupianam, Latomus 34, 1975, 789–791
W(eyman), C., recensuit Brakmanni Frontoniana, Wochenschr. f. klass. Philol. 21, 1904, 264–265
Weyssenhoff, Christina, De Ciceronis epistulis deperditis, Vratislaviae 1966, 32
Wilamowitz-Moellendorff, U. von, Coniectanea, Index scholarum Gottingae 1884, 9
Wölfflin, Ed., Lateinische und romanische Komparation, Erlangen 1879, 2; 129
—, Über die allitterierenden Verbindungen der lateinischen Sprache, Sitz.-Ber. d. philos.-philol. Cl. d. k. Bayer. Akad. d. Wiss. 2, 1881, 63
–, Frustra, nequiquam und synonyma, Archiv f. lat. Lex. u. Gramm. 2, 1885, 10
–, recensuit Hauleri Frontonianum, ibid. 10, 1898, 145
–, Die Entwicklung des Infinitivus historicus, ibid. 179
–, apud Hauler, Wien. Stud. 42, 1920–1921, 187
Woldring, K., privatim mecum emendationem communicavit
Wordsworth, Chr., Note on Fronto, Journ. of Philol. 1, 1868, II 160
–, Conjectural Emendations of Passages in Ancient Authors, London 1883, 5–7

Zetzel, J. E. G., The Subscriptions in the Manuscripts of Livy and Fronto, Class. Philol. 75, 1980, 38–59
Zimmermann, R., Der Sallusttext im Altertum, München 1929 (recensuerunt J. Wessner, Philol. Wochenschr. 1931, 1149–1159; A. Ernout, Revue de philol. 1933, 128; Ed. Galletier, Revue d. Etud. lat. 1934, 282–283)
Zink, M., recensuit Klussmanni Curas Africanas, Philol. Wochenschr. 3, 1883, 839–841

CONSPECTVS NOTARVM

A	= codex Ambrosianus E 147 ord. sup.
A 93	= codicis Ambr. pag. 93
add.	= addidit, addidisse, scil. ubi non est lacuna
Anon	= coniecit Anonymus
Anon 1817	= coniecit Anonymus qui anno 1817 scripsit
app. crit.	= apparatus criticus
b	= ita codex auctore Brakmanno
Bischoff	= ita codex auctore Bernhardo Bischoff
cf.	= confer(atur)
coni.	= coniecit
corr.	= correctum, correxit, correxisse, correctura
del.	= deletum, delevit
ep(ist).	= epistula
epp.	= epistulae
fort.	= fortasse
h	= ita codex auctore Haulero
i. e.	= id est
incert.	= incertum
inser.	= inseruit
lac.	= lacuna(m)
lin.	= lineam
litt.	= littera(e)
m^1	= manus prima codicis
m^2	= manus secunda codicis
m^3	= manus tertia codicis
ma	= ita codex auctore Maio
m^1 ma	= ita manus prima auctore Maio
m^1 b	= ita manus prima auctore Brakmanno
m^1 h	= ita manus prima auctore Haulero
m^2 ma	= ita manus secunda auctore Maio
m^2 h	= ita manus secunda auctore Haulero
ma^1	= ita codex secundum editionem principem Maii
ma^2	= ita codex secundum editionem secundam Maii
ma^3	= ita codex secundum editionem tertiam Maii
$ma^{2\ 3}$	= ita codex secundum editionem secundam et tertiam Maii
Mai	= coniecit Mai
Mai^1	= coniecit Mai in editione principe
Mai^2	= coniecit Mai in editione secunda
Mai^3	= coniecit Mai in editione tertia
marg.	= margo, marginem codicis
Miltner	= ita codex auctore Francisco Miltner
n	= ita codex auctore Nabero
Naber	= coniecit Naber
om.	= omittit, omittunt
P	= codex Parisinus Latinus 12161
pag.	= pagina(e)
probab.	= probabilius
quatern.	= quaternio(ne)
ras.	= rasura
s	= ita codex auctore Studemundo

CONSPECTVS NOTARVM

scr.	= scripsit
Studemund	= coniecit Studemund
suppl.	= supplevit, scil. tot litteras quot legi nequeunt
suprascr.	= suprascriptum, suprascripsit
transp.	= transposuit
V	= codex Vaticanus Latinus 5750
V 166	= codicis Vatic. pag. 166
vid.	= vide(n)tur

⟨ ⟩	= additur quod librarius omisit aut in lacuna periit
[ ]	= delendum
. . . . .	= quinque litterae legi nequeunt
*	= unus versus (c. 19 litterae) legi nequit
†	= una pagina periit
- - -	= quot litterae perierint non satis constat, cf. app. crit.

⟨M. FRONTONIS EPISTVLARVM AD M. CAES. ET INVICEM LIBER I⟩



5 † 1. ⟨CAESARI SVO FRONTO⟩

| mittam igitur tibi quantum pote librum hunc descriptum. **A 93**
Vale, Caesar, et ride et omnem vitam laetare et parentibus optimis et eximio ingenio tuo fruere.

2. M. CAESAR M. FRONTONI MAGISTRO MEO

10 Quid ego ista mea fortuna satis dixerim vel quomodo istam necessitatem meam durissimam condigne incusavero, quae me istic ita animo anxio tantaque sollicitudine praepedito alligatum attinet neque me sinit ad meum Frontonem, ad meam pulcherrimam animam confestim percurrere, praesertim in huiusmodi eius valetudine propius videre, manus 15 tenere, ipsum denique illum pedem, quantum sine incommodo fieri possit, adtrectare sensim, in balneo fovere, ingredienti manum subicere? **1**

1–2 *supplevi* M. Fr. ad Marcum Caesarem liber I *Mai*[1] M. Corn. Fr. Ep. ad M. Aurelium Caesarem liber primus *Niebuhr* M. Corn. Fr. Ep. ad M. Caesarem et invicem liber I *Mai*[2] || **3–5** *16 pag. desunt* || **5** *suppl. Mai*[1] || **6** ⟨celerrime⟩ mittam *dellaCorte* pote ⟨celerrime⟩ *Niebuhr* || **7** et ride] optime *Klussmann* egregie *Schwierczina* et vige *Haines* et vive *Orth* | laetare *Mai*[1] laeta re *Naber* || **7–8** optimis – fruere] *litt.* -s et ex- *et* -io tuo fru- *m*[2] *in ras.* || **9** M.[2] (*fort. ex* suo *corr.*) *h* imp. *ma s* | *ante* magistro *m*[2] est et *scr. vid., quo fort.* M. Caesar M. Frontoni *deleret* | *post* meo *umbra fugax* (Ĩ *s*) *non a librario Fronton. profecta vid.* || **10** Qui e. i. m. f. satis doluerim *Schopen* Qui ego istam meam fortunam satis luxerim *Haupt* Quid ego istam meam fortunam satius dixerim, [vel quomodo] istam *Cornelissen* Qui ego istam meam (fortunam satis dixerim vel quomodo?) istam *Vollmer* | ⟨in⟩ ista *Allen* ⟨de⟩ ista *Haines* | satis ⟨digne⟩ *Heindorf* fatis *Allen* | gravius duxerim *Mähly* || **12** *post* me *spatiolum uni hastae* (i*?*) *erasae sufficiens* | sinit] *alteram* i *suprascr. m*[2] || **14** propius *vel* propisis *ut vid. m*[1]*h* propere *m'h sed* -re *incertum* | videre *fort. ex* videne *corr. h* | prope accedere *ma n* propius (*vel* prope os) videre *Traube* propere videre *Hauler* properare videre *Garzya de* prope revidere *cogitaveris* || **16** sensim] sedentis *Allen*

et tu me amicum vocas, qui non abruptis omnibus cursu concitato pervolo? ego vero magis sum claudus quom ista mea verecundia, immo pigritia. o me, quid dicam? metuo quicquam dicere quod tu audire nolis; nam tu quidem me omni modo conisus es iocularibus istis tuis ac lepidis-
A 94 simis verbis a cura amovere atque te omnia ista aequo animo | perpeti 5
posse ostendere. at ego ubi animus meus sit, nescio; nisi hoc scio, illo nescio quo ad te profectum eum esse. cura, miserere, omni temperantia, abstinentia omnem istam tibi pro tua virtute tolerandam, mihi vero asperrimam nequissimamque valetudinem depellere et ad aquas profi-
cisci. si et quando et, nunc ut commode agas, cito, oro, perscribe mihi et 10
mentem meam in pectus meum repone. ego interim vel tales tuas litteras mecum gestabo.

2 Vale mihi Fronto iucundissime, quamquam ita me dispositius dicere oportet (nam tu quidem postulas talia): o qui ubique estis, di boni, valeat, oro, meus Fronto iucundissimus atque carissimus mihi, valeat 15
semper integro, inlibato, incolumi corpore, valeat et mecum esse possit. homo suavissime, vale.

3. CAESARI SVO FRONTO

1 Tu, Caesar, Frontonem istum tuum sine fine amas, vix ut tibi homini facundissimo verba sufficiant ad expromendum amorem tuum et 20

1 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 206 s. v. res* || 6 *sq. cf. Q. Lut. Catulus 1* (*Fr. Poet. Lat. Buechner p. 55*)

1 abruptis *vel* abiectis omnibus *Mähly* | omnibus m^2 *ut vid.* domibus *aut* homibus m^1 *supra* d *scr. fort.* h. *aut* h. l. m^2 compedibus *Niebuhr* nexibus *Cornelissen* hominibus *Schenkl* domi omnibus *Hauler* omnibus ⟨curis⟩ *Getty* | concitato *vel* continuo *vel* congruo m^1 diuturno m^2 concito ad te *Novák* || 2 ista *Mai*^{1} isita *V* insita *Studemund* || 4 istis] sistis *A sed prior* s *del. vid.* || 5 movere *Haines* | omnia ista] -a ist- m^2 *in ras.* || 6 illo m^1 illi *vel* illu m^2 illico *Cramer* || 6–7 ilico nescio quo⟨modo⟩ *Jacobs* illo nescio quo⟨modo⟩ *Klussmann* modo nescio quo *Brakman* || 7 quo m^1 qui *fort.* m^2 *et ita Studemund* | miserere] mi semper *Cramer* | miserere, omni⟨a⟩. temperantia *Klussmann* || 8 apstinentia *A* | omni *Cramer* || 9–10 depellere e⟨s⟩t. ad aquas proficisceris et quando? *Klussmann* et ⟨si⟩ ad *Mai*^{1} et ad ⟨quas⟩ aquas proficiscaris *Naber* at ad aquas proficisceris. et quando? *Schenkl* et ad aquas proficisceris et quando? *Hauler* | proficisci si *fort.* m^2h proficiscens *vel* proficisceris m^1h proficiscens *s* proficisceris *ma n* || 10 commode] *prior* o *ex* m *corr.* || 11 talis *Traube* || 13 mihi] mi *Schenkl* | iucundissimae m^1 *corr.* m^2 | dispositus *in* dispositius *corr. vid.* m^1 *et ita Klussmann* dis potius m^2 *ut vid. et ita Heindorf* dispositum *Mai*^{1} potius *Novák* || 14 postulas talia *incertissimum h* semperes *ma*^{2} semper aves *Mai*^{1} semper haves *Heindorf* semper abes *Naber* semper vales *vLeutsch* impar es *Schenkl* sic praecipis *vel* idem cupis *vel* idem voles *Hauler antea* | ubi(que)] u *suprascr.* m^2 || 16 et] ut *Schopen* || 18 *post* Fronto *2 vel 3 litt. viderunt s h, fort.* ns *aut* pla *aut* sd (salutem dicit*?*), *ab alia manu profectas putat h* sal. *Schenkl* || 19 Frontone(m)] e *ex* i *corr.* || 20 exprimendum *Studemund*

benivolentiam declarandam. quid, oro te, | fortunatius, quid me uno A 99
beatius esse potest, ad quem tu tam fraglantes litteras mittis? quin
etiam, quod est amatorum proprium, currere ad me vis et volare.

Solet mea domina parens tua interdum loci dicere se mihi, quod a te **2**
5 tanto opere diligar, invidere. quid, si istas litteras tuas legerit, quibus tu
deos etiam pro salute mea votis advocas et precaris? o me beatum, ore
tuo me diis commendatum! putasne ullus dolor penetrare sciat corpus
aut animum meum prae tanto gaudio? procedo ⟨iam⟩, babae, neque
doleo iam quicquam neque aegre fero: vigeo, valeo, exulto; quovis
10 veniam, quovis curram. crede istud mihi, tanta me laetitia perfusum, ut
rescribere tibi ilico non potuerim; sed eas quidem litteras, quas ad pri-
orem epistulam tuam iam rescripseram, dimisi ad te; sequentem autem
tabellarium retinui, quo ex gaudio resipiscerem.

Ecce nox praeteriit, dies hic est alter qui iam prope exactus est, **3**
15 necdum quid aut quemadmodum rescribam tibi reperio. quid enim ego
possim iucundius, quid blandius, quid amantius quam tu scripsisti mihi
proponere? unde gaudeam quod ingratum me | et referundae gratiae A 100
imparem facias; quoniam, ut res est, ita me diligis, ut ego te magis amare
vix possim. igitur ut argumentum aliquod prolixiori epistulae reperiam, **4**
20 quod, oro te, ob meritum sic me amas? quid iste Fronto tantum boni
fecit, ut eum tanto opere tu diligas? caput suum pro te aut parentibus
tuis devovit? succidaneum se pro vestris periculis subdidit? provinciam
aliquam fideliter administravit? exercitum duxit? nihil eorum. ne cotidi-
anis quidem istis officiis circa te praeter ceteros fungitur, et immo sectator
25 vel is satis infrequens. nam neque domum vestram diluculo ventitat
neque cotidie salutat neque ubique comitatur nec semper ⟨ex⟩spectat.

1 benivolentiam ⟨tuam⟩ *Eussner* | ⟨me⟩ fortunatius *Heindorf* || **2** quin *ma n* quin *aut* quia *h* || **4** loci m^1 loco m^2 ioco *Mai*^{1} iocose *Naber* | discere m^1 *corr.* m^2 | a te m^2 ante m^1 || **5** tanto opere m^2 tantopere m^1 || **6** deos] s *suprascr.* | praecaris *A* | ore *Kessler et ita fort. iam* m^2 ort m^1 || **7** tuo *add.* m^2 *in ras.* | putasne (*vel* putesne *vel* potisne) ullus m^1 post certe nullus m^2 *ut vid.* putasne? ullus *Klussmann* posteane ullus *Novák* || **8** procedo ⟨iam⟩ *vel* prosulto ⟨iam⟩ *vel* pro certo pausat *vel* processu pari *h* pro . . . . *ma n* proced . . . . . *s* pro⟨siluerim⟩ *Mai*^{1} | babe *A* || **9** neq(ue) *probab. quam* nec | aegre fero *h* aegroto[r] *s* || **10** crede *Mai*^{1} credo *A* || **13** quo *ma n* quo *vel* qua *h* quo⟨ad⟩ *Desrousseaux* | gaudio m^2 gaudia m^1 || **14** alter] lter *e corr. ut vid.* | iam *vel* dim *h* la. *n* || **15** reperio *vel* reperii *A* || **16** tu *vel* ut *h* | scribsisti *A* || **17** proponere] ponere *incertum* | unde *probab. quam* valde *h* et *ma n* | gaudeam m^2 -diam m^1 gaudeo *Haines* audiam *Hey* | vides ut gaudeam *Vollmer* || **20** te m^2 et m^1 || **21** tanto opere m^2 tantopere m^1 || **22** *supra* succidaneum *scr. nescio quid* m^2 || **23** fideliter] fi(*vel* le) *e corr.* m^2 || **24–25** et (e⟨s⟩t *Hauler*) immo sectator vel is satis *h* immo . . . . vel is satis *ma*^{1} immo . . . . vel istis *ma*^{2} immo suei . i . vel iis satis *b* [et] immo ⟨cultor⟩ tuorum vel is satis *antea coni. Hauler* et (e⟨s⟩t *Haines*) immo si verum velis satis *Heraeus et Haines* || **25** diliculo *A* || **26** ⟨te⟩ salutat *Haines* | exspectat *Heindorf* spectat *A* sectatur *Eussner*

vide igitur ut, si quis interroget cur Frontonem ames, habeas in promptu
5 quod facile respondeas. at ego nihil quidem malo quam amoris erga me
tui nullam extare rationem. nec omnino mihi amor videtur qui ratione
oritur et iustis certisque de causis copulatur.[a]) amorem ego illum intellego
fortuitum et liberum et nullis causis servientem, inpetu potius quam 5
ratione conceptum, qui non officiis ut lignis apparatis, sed sponte ortis
A 76 vaporibus caleat. Baiarum ego | calidos specus malo quam istas fornacu-
las balnearum, in quibus ignis cum sumptu atque fumo accenditur brevi-
que restinguitur.[b]) at illi ingenui vapores puri perpetuique sunt, grati
pariter et gratuiti. ad eundem prorsus modum amicitiae istae officiis 10
calentes fumum interdum et lacrimas habent et, ubi primum cessaveris,
6 extinguntur; amor autem fortuitus et iugis est et iucundus.[c]) quid quod
neque adolescit proinde neque conroboratur amicitia meritis parta ut
ille amor subitus ac repentinus? ut non aeque adolescunt in pomariis
hortulisque arbusculae manu[d]) cultae rigataeque ut illa in montibus 15
aesculus et abies et alnus et cedrus et piceae, quae sponte natae, sine
ratione ac sine ordine sitae nullis cultorum laboribus neque officiis, sed
7 ventis atque imbribus educantur. tuus igitur iste amor incultus et sine
ratione exortus, spero, cum cedris porro adolescit et aesculis; qui si
officiorum ratione coleretur, non ultra myrtos laurusque procresceret, 20
quibus satis odoris, parum roboris.[e]) et omnino quantum fortuna rationi,
8 tantum amor fortuitus officioso amori antistat. quis autem ignorat
A 75 rationem humani consilii | vocabulum esse, Fortunam autem deam[f])

m^2 in margine[a]) mirus locus de amore rationabili et fortuito || [b]) ⟨Ba⟩ia⟨rum⟩
ingenui vapores puri perpetuique sunt, grati pariter et gratuiti. balnearum ignis 25
cum sumptu et fumo accenditur brevique restinguitur || [c]) amicitiae, quae officiis
calent, fumum interdum et lacrimas habent; ubi primum cessaveris, extinguntur.
iugis est fortuitus amor et iucundus || m^3 [d]) puta dualem || m^2 [e]) amicitia tua est
ut ce⟨drus et aesculus non⟩ idonea cultu; at est tua natura ut lauri, cui satis odo-
ris, parum roboris || [f]) quantum fortuna rationi, tantum officioso amori fortuitus 30
amor antistat. ratio humani consilii vocabulum est, Fortuna dearum praecipua

14–18 *cf. Verg. Georg. II 9–21* || **21** *cf. Otto, Sprichwörter s. v. fortuna 7*

1 quis m^1 qui m^2 *ut vid.* || **3** nullam] am m^1 *corr. vid.* | extare m^2 extra m^1 m^2 *in marg.* legitur in alio pro extra rationem extare rationem || **4** oritur m^1 munitur m^2 || **6** lignis ⟨ignis⟩ *Haines* | apparatis *add.* m^2 || **8** quibus *e corr.* m^1 *ut vid.* || **9** extinguitur *Haines* | at *fort.* m^2 ad m^1 || **10** iste *A* || **11** *ante* et^1 *spatiolum unius fere litt.* | lacrimas m^2 -mis m^1 | et^2 *del. Haines* | cessaveris m^2 caes- m^1 || **13** perinde *Eussner* || **14** ac] a *add.* m^2 || **15** hortulisque] h *suprascr.* m^2 | manu m^2 munu m^1 || **16** picea *Orth* | que *A* || **17** sitae] satae *Cramer* ⟨con⟩sitae *Heraeus* || **18** educantur] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) evocantur | *post* educantur *aut* i *aut* t *del. vid.* | incultus] in *add.* m^2 || **19** adolescit m^1 -cat *fort.* m^2 *et ita* Mai^1 -cet *Niebuhr* || **21** rationi] ra *suprascr.* m^2 || **24** *incerta suppl. Hauler* || **26** quae] a *suprascr.* || **28** iucundus *ex* iucunduis *corr.* || **29** *lac. suppl. Hauler* || **31** consilii] ilii *suprascr.*

dearumque praecipuam, templa, fana, delubra passim Fortunae dicata, at rationi nec simulacrum nec aram usquam consecratam? non fallor igitur quin malim amorem erga me tuum fortuna potius quam ratione genitum. neque vero umquam ratio fortunam aequiperat neque maiestate **9**
5 neque usu neque dignitate. nam neque aggeres manu ac ratione constructos montibus conparabis neque aquae ductuus amnibus neque receptacula fontibus. tum ratio consiliorum prudentia appellatur, vatum impetus divinatio nuncupatur. nec quisquam prudentissimae feminae consiliis potius accederet quam vaticinationibus Sibyllae. quae omnia
10 quorsum tendunt? ut ego recte malim impetu et forte potius quam ratione ac merito meo diligi. quamobrem etiam si qua iusta ratio est amoris **10** erga me tui, quaeso, Caesar, sedulo demus operam ut ignoretur et lateat. sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem.

A 87
15 Sed iam hora decimam tangit et tabellarius | tuus mussat. finis igitur **11** sit epistulae. valeo revera multo quam opinabar commodius. de aquis nihildum cogito. te, dominum meum, decus morum, solacium m⟨al⟩i, quam multum amo! dices: num amplius quam ego te? non sum tam ingratus ut hoc au⟨deam⟩ dicere.

20 Vale, Caesar, cum tuis parentibus et ingenium tuum excole. **12**

4. M. CAESAR FRONTONI MAGISTRO SVO SALVTEM

Accipe nunc tu paucula contra somnum pro insomnia. quamquam, **1** puto, praevaricor, qui adsiduo diebus ac noctibus somno adsum neque eum desero neque ⟨sino⟩ deserat, adeo sumus familiares. sed cupio hac

13–14 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 25*

1 passim *m*[1] sparsim *m*[2] || 1. 2 *post* dicat *add.* at *vel* ai *sequente fort. litt.* a *m*[2] dicata *Mai*[1] dicata at *Baehrens* dicata iam *Hauler* *m*[2] *adscr.* i(n) al(io) at vero (vero *incertum*) || 3 quin] qui *Mai*[1] qum *Baehrens* || 6 aquae] *alteram* a *suprascr. m*[2] | ductuus] *ultimam* u *del. m*[2] || 9 potius] *supra* p *scr.* i *aut punctum delens m*[2] (*i. e.* ocius?) | accrederet *Ehrenthal* accedet *Orth* | sybillae *A* || 11 etiam *add. m*[2] | amoris] i *ex* e *corr. vid.* || 13 ambigant *m*[2] ambigantur *m*[1] || 15 hora⟨m⟩ *Naber* | hora decima *Mai*[1] || 16 valeo *add. m*[2] | revera *m*[2] arevera *m*[1] a⟨h⟩ revera *Hauler* || 17 dominum meum *m*[1] dominatus heredem *m*[2] *ut vid.* | decus, ⟨a⟩morem *Eichstädt* | mali] *lac. suppl. Hauler* || 19 audeam] *lac. suppl. Mai*[1] au⟨sim⟩ *Heraeus* || 21 Caesar] r *e corr. m*[2] || 22 tu(*e* tua *corr. m*[1]) paucula *h* ⟨perpaucu⟩la *ma* per . auc . la *n* perpaucula *s* | contra somnum pro insomnia *m*[1] *supra* pro *scr.* ad tua *m*[2] *quae* pro somno ac somnia *corr. vid.* ⟨ad tua⟩ pro somno *Mai*[1] contra somnum pro insomniis *Naber* contra somnum ⟨et somnia⟩ pro insomnia *Studemund* || 23 dieb(us) ac noctib(us) *probab. quam* dies ac noctis *h* diei ac noctis *ma n* | *post* noctib(us) *sunt vestigia unius vel duarum litt., fort.* es *aut* us || 24 neque . . . . deserat *ma n* . . . . eserat *s* n . q . . . . qse . . . *h* sino *Klussmann* ille me *Mai*[1] is me *Studemund et Heraeus qui* deserit *legit* (deserit *iam Leopardi*) volo me *Desrousseaux* volo *Garzya* | adeo adeo *A sed alterum del.*

sua accusatione offensus paulisper a me abscedat et lucubratiunculae
2 aliquam tandem facultatem tribuat. igitur *ἐπιχειρήματα φίλα*: eiusdem
illo primo utar epichiremate; quodsi tu dices faciliorem me materiam
mihi adsumpsisse accusandi somni quam te qui laudaveris somnum
('quis enim', inquis, 'non facile somnum accusaverit?'): igit⟨ur cui⟩us 5
facilis accusatio, ⟨eius⟩de⟨m⟩ difficilis laudatio; cuius difficilis ⟨lau⟩-
A 88 datio, eius non utilis usur|patio.

3 Sed hoc transeo. nunc quando apud Baias agimus in h⟨oc⟩ d⟨iut⟩urno
Ulixi laby⟨ri⟩ntho, ab Ulixe mihi paucula quae ad hanc rem attinent
sumam. non enim ille profecto *εἰκοστῷ* demum *ἔτει* venisset *εἰς πατρίδα* 10
γαῖαν, neque in isto lacu tam diu oberrasset neque ⟨quae⟩ alia omnia
Ὀδυσσείαν faciunt perpessus esset, nisi tum *γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κε-
κμηῶτα*. quamquam *τῇ δεκάτῃ ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα*. se⟨d⟩ quid
somnus fecit?

βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων· 15
ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ ἅπαντες ὄρουσαν,
τοὺς δ' αἶψ' ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα
κλαίοντας γαίης ἄπο πατ⟨ρ⟩ίδος.

quid rursum apud insulam Trinacriam?

οἱ δ' ἄρ' ἐμοὶ γλυκὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευαν, 20
Εὐρύλοχος δ' ἑτάροισι κακῆς ἐξήρχετο βουλῆς.

10–11 *Hom. Od. 16, 206 = 19, 484; 21, 208; 24, 322* || **12–13** *Od. 10, 31 = 13, 282* || **13** *Od. 10, 29* || **15** *sqq. Od. 10, 46–49* || **20** *sq. Od. 12, 338 sq.*

2 *επιχειρη(aut ι)ματα*] *ita corr. m*[2] | *φιλα* (*ex φειλα corr.*) *vel ϱιλα vel μιλα m*[2] *ut vid. h* *σκιλα m*[1] *ut vid. h* *. . λα ma n* *. . ιλα b* *ποικίλα Mai*[1] *ποιητέα Cassan* *καλά Naber* *σκιλλα* (= *Squillae*) *Hauler antea* *Σκίλα* eiusdem. illo *Bücheler* *σκῦλα* *ego olim* *σκολιά Pepe* | eiusdem *h* et quidem *ma n* e quibus *Haines* || **3** quodsi] quo, si *Buttmann* quod tu *Mähly* quod, si *Cortassa* | dicas *Mai*[1] dicis *Mähly* || **5** igitur cuius] *lac. suppl. Hauler* ego t⟨ibi: cui⟩us *Haines* || **6** *lac. suppl. Hauler* ⟨est in⟩de⟨que⟩ *Mai*[1] ⟨eius⟩ de⟨mum⟩ *Pescani* || **8–9** *lac. suppl. Mai*[1] || **9** Ulixi] li *suprascr. m*[2] || **10** *εἰκοστῷ*] *ει ex ε corr. vid. m*[1] *ι adscriptum add. m*[2] || **11** *γαῖαν*] *γ ex σ corr. vid.* | isto] i *add. m*[2] | in isto lacu] infestis locis *Cornelissen* | lacu *ex* lalu *corr. vid. m*[1] agro *m*[2] *quae suprascr.* i(n) a(lio) ipsa nebula | oberrassed *A* | neque ⟨quae⟩ *scripsi* neq(ue) *A* ne⟨c⟩ quae *Naber* neque alia omnia ⟨quae⟩ *Mai*[1] *ut p. 8, 20* || **12** *οδυσσιαν A* | faciunt *m*[1] efficiunt *m*[2] *ut vid.* | tum *probab. quam* eum *h* | *κεκμαῶτα Mai*[1] || **13** quamquam] quom iam *Ehrenthal* | *τῇ ⟨δ' ἤδη⟩ δεκάτῃ cum Hom. Mai*[1] *τῇ δεκάτῃ ⟨δ' ἤδη⟩ Naber* | se *A corr. Mai*[1] || **15** *νεικησεν A* || **16** *ἅπαντες m*[2] *ut vid.* *ιτ(vel η)παντες m*[1] *πάντες edd. Hom.* || **17** *αιψ m*[2] *αιν m*[1] *ut vid.* | *φερεν m*[2] *εφερεν m*[1] | *θύελλα*] *ε suprascr. m*[2] || **18** *πατιδος A* || **19** aput *A* | Trinacriam] t *ex* s *corr. vid. m*[1] || **20** *οἱ δ' ἄρ' ἐμοὶ scripsi* *ουδανεμοι A* *οἱ δ' ἂν ἐμοὶ Mai*[1] *οἱ δ' ἄρα μοι cum codd. Hom. Naber* *οὐδ' ἄνεμοι Haines* *de οὐδ' ἂν ἐμοὶ olim cogitavi*

postea, ubi *Ἠελίοιο βόας καὶ ἴφια μῆλα ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν καὶ μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο*, quid tum expergitus Ulixes?

οἰμώξας δὲ θεοῖσι μετ' ἀθανάτοισι γεγώνουν·
ἦ με μάλ' εἰς ἄτην κοιμήσατε ⟨ν⟩ηλέι ὕπνῳ.

5 so⟨m⟩nus autem Ulixen ne patriam quidem suam diu agnosceret sivit, cuius *καὶ καπνὸν* | *ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι ἱμείρετο.* A 97

Nunc a Laertio ad Atridam transeo. nam illud *πασσυδίῃ*, quod eum 4 decepit, cuius causa tot legiones funduntur, fugantur, ex somno et ex somnio profecto oritur. quid, quom *ὁ ποιητής* Agamemnonem laudat, 5 10 quid ait?

ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον·

quid, quom reprehendit?

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βο⟨υ⟩ληφόρον ἄνδρα,

quos quidem versus orator egregius mire quondam evertit.

15 Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio 6 initium sibi fecisse. sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, numquam somnium suum narrasset.

Hinc ad Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais factum. 7 atenim ego memini olim apud magistrum me legere:

20 *ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου*
Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν·

1–2 *Hom. Od. 12, 128 (cf. 11, 108 sq.; 12, 322 sq.); 12, 338 sq.; 12, 359; 364; cf. Il. I 464; 458* || 3–4 *Od. 12, 370; 372* || 5 *cf. Od. 10, 30* || 6 *Od. 1, 58 sq.* || 7 *Il. II 12; 29; 66* || 11 *Il. IV 223* || 13 *Il. II 24 = 61* || 15 *sqq. cf. Enn. Ann. I 5 p. 21 Vahlen*[2] || 18 *cf. Hesiod. Theog. 22 sq.* || 20–21 *Callimach. Aetia I fr. 2, 1 sq. Pfeiffer*

1 *ηιλιοιο m*[2] *ut vid.* *ηλιοιο m*[1] | *μειλα A* | *ἔδειραν*] *ν add. m*[2] | *μηρ m*[1] *μηρια m*[2] || 2 *σπλαγκχ m*[2] *σπλανι m*[1] | expergitus] expertus *Mai*[1] || 3 *μετα A corr. Mai*[1] | *αθανατοισιτεγωνουν A litt.* (ν, εγω‾) *suprascr. add. m*[2] *et del.* *τε efficiens ἀθανάτοισιν γεγώνουν vel γεγώνευν ut vid.* *-σιν ἐγώνουν Mai*[1] *-σι γεγώνευν cum edd. Hom. Naber* || 4 *ἦ*] h *A* | *με*] *μεν A* | *ηλει A corr. Mai*[1] || 5 sonus *A corr. Mai*[1] | agnasceret *Mai*[1] agnasceret *A Mai*[2] ⟨inter⟩diu agnoscere sivit *Heindorf* ⟨sub⟩diu agnoscere sivit *Anon 1817* patriam quaesitam diu agnosceret sivit *Jacobs* diu ⟨absentem⟩ agnoscere sivit *vel* quidem ⟨quae⟩sitam diu agnoscere sivit *Ehrenthal* || 6 *αποθρωσκοντα A* | *νοησαιειμειρετο m*[1] *ειμει del. et ης γαιης θανεειν ειμει suprascr. m*[2] | *νοήσας Ellis* || 7 a *et* ad *add. m*[2] | *πασσυδίῃ*] *παρ' εὐνῇ Mähly* || 9 profecto] prolixo *Klussmann* | quid *m*[2] quod *m*[1] | quom *m*[1] cum *m*[2] | Agamemnona *Haines* || 11 *ἂν*] *ν add. m*[2] || 12 quom *m*[1] cum *m*[2] | repraehendit *A* || 13 *χρὴ*] *η add. m*[2] | *βοληφορον A* || 14 mire quondam] miro quodam ⟨modo⟩ *Klussmann* mire quantum *Schenkl* || 16 sibi] scribendi *Schopen* versibus *Baehrens* sibi ⟨scribendi⟩ *Haines* | suscitatus] *cf. p. 9, 6* || 18 ⟨esse⟩ factum *Mai*[1] || 19 ad *A* | atenim] Athenis *Cougny* | aput *A* || 20 *νοξεος A* || 21 *ησιοδω A* | *μουσεων m*[2] *νουσεων m*[1] | *ὅτ' ἠντίασεν*] *ὑπηντίασεν Schneider* | *ηντιασεν m*[2] *πτιασεν m*[1]

τὸ 'ὅτ' ἠντίασεν' vides quale sit, scilicet ambulanti obviam venisse Musas. quid autem tu de eo existimas, quem qui pulcherrime laudat, quid ait?

A 98 *νήδυμος ἥδιστος θανάτῳ | ἄγχιστα ἐοικώς.*

8 Haec satis tui amorei quam meae fiduciae luserim. nunc bene accusato somno dormitum eo, nam vespera haec ad te detexui. opto ne mihi somnus gratiam referat. 5

5. M. CAESARI DOMINO SVO FRONTO

1 Domum reverso mihi epistula reddita est quam tu videlicet Romam mihi scripseras, et erat lata Romam; deinde hodie relata et paulo ante 10 mihi est reddita; in qua pauca quae ego pro somno dixeram tu multis et elegantibus argumentis refutasti ita scite, ita subtiliter et apte, ut, si vigilia tibi hoc acuminis et leporis adfert, ego prosus vigilare te mallem. 2 sedenim vespera scripsisse te ais, cum paulo post dormiturus esses. igitur adpropinquans et imminens tibi somnus tam elegantem hanc epistulam 15 fecit. namque ut crocus ita somnus, priusquam prope adsit, longe praeolet 3 longeque delectat. ut a principio igitur epistulae tuae incipiam, elegantis- A 85 sime 'praevaricari'[a]) te ais, quod | † † | est, ut eo sublato aliud subdi eiusdem usus et ponderis non possit. illud vero dictum elegans ac savi- 4 atum, quo ais 'neque alia omnia quae *Ὀδυσσείαν* faciunt'.[b]) enimvero omnia 20

m^2 *in margine*[a]) prae⟨varicari⟩ || [b]) Baiae, Lucrinus et Avernus et alia omnia quaequae Odysseian faciunt

4 *Hom. Od. 13, 79 sq.*

2 pulcherrimae *A* || 4 *αγχιστα m*^{2} *αχχιστα m*^{1} || 5 sati⟨u⟩s *Studemund* | amorei *m*^{1} amore *m*^{2} | amore ⟨potius⟩ quam mei fiducia *Mai*^{1} amore quam meae fide causae *Haines* amore quam mea fiducia *Hauler* || 7 *post* referat *sequuntur duo versus cum hoc titulo*: M. Caesar M. Frontoni | Si pl' *quae verba erasa sunt* || 9 epistula ⟨tua⟩ *Mai*^{1} || 12 refutastiitastiitascite'ita *A* *ultim.* ita *del. vid. m*^{2} refutasti ita astute, ita scite *Pescani* | suptiliter *A* || 13 mallem *m*^{2} mellem *m*^{1} *ut vid.* || 16 crocus] *m*^{2} *in marg.* in alio legitur um (*vel* num), *i. e.* crocum || 17 elegantissimae *A* || 18 *post* quod *duae pag. desunt. Mai et Hauler unum tantum versum deesse putabant et add.* quod ⟨verbum adeo proprium⟩ est *Mai*^{1} quod ⟨etenim verbum adeo proprium⟩ est *Hauler* || 19–20 ac saviatum quo *Hildebrand* atq(ue) (*probab. quam* ac *s;* tq *fort. ex* ut *vel* tit *corr.*) aviatum quo (*vix* quod) *m*^{1} *h* *supra* i *scr.* s *aut* d *sequente fort. una litt. m*^{2} *h* aut aviatuu . . . *n* a . . aviatum q . . . *s* ⟨h⟩aut quia tuu⟨m quod⟩ *Naber* ac saviatum quod *Klussmann* ⟨h⟩aut a via tuu⟨m quod⟩ *Ellis* ac saviatum quom *Novák* alternatum cum Latinis neque *Schwierczina* aut a via tua quae *Haines* atque a via situm quo *Hauler* || 20 ais *m*^{1} *supra* i *scr.* n *m*^{2} | alia *ex* aliam *corr. vid.* | *αδυσσιαν m*^{1} *οδ- m*^{2} || 21 [a]) *ita b quam lectionem falsam dicit h* || 22 Odysseian] ei *suprascr.*

istaec inter Graecos versus Latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrrhicha versicolorum discursus[a]), quom amicti cocco alii, alii luteo, et ostro et purpura alii aliique cohaerentes concursant.
Iam a Laertio ad Atridam eleganter transisti. ecce autem circa Q. **5**
5 Ennium aliam malitiosam petam dedisti, cum ais 'nisi ex somno exsuscitatus esset, numquam somnium suum narrasset'. at od⟨e⟩rit m⟨e⟩ Marcus meus Caesar, si pote, argutius! praestrigiae nullae tam versutae, 'nulla', ut ait Laevius, 'decipula tam insidiosa'. qui⟨d⟩ si ego id postulo, ne expergiscare? quin postulo ut dormias! aliud scurrarum proverbium:
10 'en cum quo in tenebris mices.'[b]) sed sumne ego beatus, qui haec intellego et perspicio et insuper ab dom(ino) meo Caesare magister appellor? quo pacto ego magister, qui unum hoc quod te docere cupio, ut dormias, non inpetro? perge uti libet, dummodo dii te mihi, sive prodormias sive **6** pervigiles, facultat⟨e⟩ fandi et tam eleganti prosperent.
15 Vale, ⟨m⟩eum gaudiu⟨m⟩ et cura mea seria. **7**

m^2 *in margine*[a]) ita in oratione ut in pyrrica versicolorus debet fieri discursus ‖ [b]) ⟨oderit me⟩ Marcus meus Caesar, si potest, aliquid argutius. praestigiae nullae tam versutae, nulla decipula tam insidiosa. scurrarum proverbium: in tenebris mices

5 *proverbium deest apud Otto, Sprichwörter* ‖ **5–6** *cf. Enn. Ann. I 5 Vahlen*^{2} ‖ **8** *Laevius, inc. fr. 29 (Frag. Poet. Lat. Buechner)* ‖ **10** *cf. Otto, Sprichwörter s. v. micare*

2 pyrrica *A* | versicolorus *Hildebrand* | quom *Mai*^{1} quam *m*^{1} cum *m*^{2} quum *Hildebrand* ‖ **3** alii ⟨et⟩ luto et ostro et purpura ⟨creti⟩, alii aliique *Hildebrand* ostro alii aliique purpura χορεύοντες concursant *Eussner* alii alio denique colore inter se concursant *Schopen* alii aliique cohaerent et concursant *Haupt* alii alii⟨s⟩ cohaerentes *Novák* alii aliter frequentes *Heraeus* | cohaerentes] a *add. vid. m*^{2} ‖ **4** Laertio] a *add. vid. m*^{2} | Q. *add. m*^{2} ‖ **5** Ennium] u *ex* a *corr. vid. m*^{2} | aliam *del. Haines* | petam] pe(*probab. quam* a, *sequente fort. una litt.*)t(*probab. quam* l)am *m*^{1}*h et ita legit Bischoff supra* e *scr.* l (*probab. quam* i) *et fort.* plagam *corr. m*^{2}*h et ita coni. Heindorf* peltam *Mai*^{1} interpretationem *Schopen* pedicam *Mähly* pilam *Naber* plectam *vel* telam *Hauler* | cum] quam *Orth* | exsuscitatus] *cf. p. 7, 16* ‖ **6** at – me] *lac. suppl. Studemund* ⟨excogitet aliquid⟩ *Mai*^{1} ⟨quaerat aliquid⟩ *Mai*^{2} ed⟨ide⟩rit m⟨ihi⟩ *Schenkl* ⟨eruat aliquid⟩ *Haines* | *post* me *in fine versus fort. fuit* iam *h* ‖ **8** laevius *m*^{2} levius *m*^{1} Novius *Sittl* | quid si *Mai*^{1} quisi *A* quid? num *Niebuhr* quid ni *Klussmann* ‖ **9** aliud] at vide *Klussmann* audi id *Haines* | scurrarum] rusticorum *Mai*^{2} ‖ **10** sumne] summe *Novák* ‖ **11** ab dom' meo caesare *add. m*^{2} *h qui antea* . . i ab homine *legerat* acnomine *n* ab homine *s* almo nomine *Mai*^{2} magno nomine *Naber* agnomine *Haines* ⟨tal⟩i ab homine *Hauler antea* ‖ **13** perdormias *Heindorf* ‖ **14** pervigiles] per *add. m*^{2} | facultat⟨e⟩ fandi *ex* facundatum *corr. vid. m*^{1}*h qui antea* fa . . . . . . atque *legerat supra* fandi *scr. m*^{2} i(n) a(lio) eloqu⟨e⟩ntia (e *in lac. suppl. Hauler*) | et tam *aut* etiam *A* | *ad* eleganti *scr. in marg.* i(n) alio oratione *m*^{2} | facundatum eloquentia etiam *vel* facund⟨i⟩a tum etiam *Hauler* ‖ **15** *litt. erasas suppl. Mai*^{1} | mea seria *ex* mi caesar *corr. m*^{1} ‖ **16** ita *om. ma*^{1} ‖ **17** *quae supplevi incerta sunt* | potest *s* putes *ma n* ‖ **19** mices *e* meces *corr. vid.*

6. M. AVRELIVS CAESAR SAL. D. FRONTONI MAG. SVO

1 Ne ego impudens, qui umquam quicquam meorum scriptorum tanto ingenio, tanto iudicio legendum committo! patri, domino meo, locum ex oratione tua, quem me eligere voluerat, *ὑπεκρινάμην* commode. plane 5 illa suum auctorem sibi dari flagitabant, denique mihi vix succlamatum est '*ἀξίως τοῦ ποιητοῦ*'. sed quod tu merito omnibus praeoptas, non diu differam: ita adfectus est auditione eorum dominus meus, ut paene moleste ferret, quod alio modo ad negotium opus sibi esset quam eo quo tu orationem habiturus intraveras. sensuum facultatem, elocutionis 10 variam virtutem, inventionis argutam novitatem, orationis doctam dispositionem vehementer miratus est. nunc, credo, post hoc quaeris, quid me maxime iuverit. accipe, hinc coepi:

2 'In iis rebus et causis, quae a privatis iudicibus iudicantur, nullum A 91 inest periculum, quia sententiae eorum intra causarum de|mum terminos 15 valent; tuis autem decreti⟨s, im⟩p(erator), exempla publice valitura in perpetuum sanciuntur. tanto maior tibi vis et potestas quam fatis adtributa est: fata quid singulis nostrum eveniat statuunt; tu, ubi quid in 3 singulos decernis, ibi universa exemplo adstringis. quare si hoc decretum tibi proco(n)s(ulis) placuerit, formam dederis omnibus omnium pro- 20 vinciar(um) magistratibus, quid in eiusmodi causis decernant. quid igitur eveniet? illud scilicet, ut testamenta omnia ex longinquis transmarinisque provinciis Romam ad cognitionem tuam deferantur. filius exheredatum se suspicabitur: postulabit ne patris tabulae aperiantur.

2 sal. d. *fort. add.* m^2 ‖ 3 nego m^1 *supra* e *scr.* m^2 i(n) al(io) e (*i. e.* ne ego) ‖ 3 committo] it *fort. add.* m^2 | patri *e corr.* m^2 ‖ 5 eligere m^1 siligere *primo, tum* sibi p⟨ra⟩elegere m^2 (*lac. suppl. Hauler*) legere *Leopardi* relegere *Eussner* | voluerat *ὑπεκρινάμην*] . . . . | . . . *υπημειναμην ma* volu|erat *υπεμειναμην n* volu|erat *υπεκρειναμην* (*potius quam υπεμειναμην*) *h 1899* volu|it (*fort.* volu|isti) *και υπεκρειναμην* m^1*h 1910* it *in το corr.* m^2 *et suprascr.* in al(io) *αυ*, *post* volu *in fine versus add.* it m^2 (*i. e.* voluit *αυτο*) m^2*h 1910* *ὑπεκρινάμην iam Naber* ‖ 6 auctorem] actorem *Naber* | vix m^1 *supra* vi *scr.* i(n) a(lio) mo (*i. e.* mox) m^2 bis *Hauler* ‖ 7 *ἀξίως Naber* *αξιος A* ‖ 8 differam *Kessler* -as *A* ‖ 9 *supra* alio modo *scr.* m^2 i(n) al(io) alio mox | *supra* ad negotium opus sibi esset *scr.* m^2 i(n) al(io) arces-s⟨eret⟩ur (*lac. suppl. Hauler*) ‖ 10 intraveras *h* -veris m^2*b* ‖ 11 argutam m^1 *supra* argu *scr.* m^2 in al(io) astu *vel* inclu (*i. e.* astutam *vel* inclutam) | *post* novitatem *scr.* m m^1 *quod in* opus *corr.* m^2 opus orationis *efficiens* opes orationis *Hauler* ‖ 12 nunc *probab. quam* iam si *h* | hoc *fort. in* hac *corr.* m^2 ‖ 13 hinc *incertum h* | coepi] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) coeperim ‖ 14 iis *aut* illis m^2 litis *aut* hiis m^1 ‖ 15 inest] est *Haines* | *post* periculum *suprascr.* m^2 i(n) al(io) publicum ‖ 16 *lac. suppl. Mai*[1] ‖ 19 decernis] d *add.* m^2 | ibi *add.* m^2 *quae post* adstringis *vocab.* ibi *a* m^1 *scriptum del.* | universa m^1 -sos m^2 | si] i *add.* m^2 ‖ 20 procos *A* proconsulis *Niebuhr* -ul *Mai*[1] -uli *Mai*[2] ‖ 24 exeredatum *A* | suspicabitur m^2 -vitur m^1 | postulabit m^2 *ut vid.* -vit m^1 | ne *add.* m^2

idem filia postulabit, nepos, abnepos, frater, consobrinus, patruus,
avonculus, amita, matertera: omnia necessitudinum nomina hoc privile-
gium invadent, ut tabulas aperiri vetent, ipsi possessione iure sanguinis
fruantur. causa denique Romam remissa quid eveniet? heredes scripti
5 navigabunt, exheredati autem in possessione remanebunt, diem de die
ducent, dilationes petent, tem|pora variis excusationibus trahent: A 92
"hiemps est et crudum mare hibernum est; adesse non potuit." ubi
hiemps praeterierit: "vernae tempestates incertae et dubiae moratae
sunt." ver exactum est: "aestas est calida et sol navigantis urit et homo
10 nauseat." autumnus sequitur: poma culpabuntur et languor excusabitur.
fingo haec et comminiscor? quid, in hac causa non hoc ipsum evenit? ubi 4
est adversarius, qui iam pridem ad agendam causam adesse debuerat?
"in itinere est." quo tandem in itinere? "ex Asia venit." et est adhuc in
Asia! "magnum iter, et festinatum." navibusne an equis ⟨an d⟩iplomati-
15 bus facit haec tam velocia stativa? cum interim cognitione proposita
semel a te, Caesar, petita dilatio et impetrata; proposita cognitione rur-
sum a te duum mensum petita dilatio. duo menses exacti sunt idibus
proximis et dies medii isti aliquot. venit tandem? si nondum venit, at
saltem adpropinquat? si nondum adpropinquat, ⟨at⟩ saltem profectus
20 ex Asia est? si nondum profectus est, at saltem cogitat? quid ille cogitat
aliud quam bonis alienis incubare, fructus diripere, agros vastare, rem
omnem dilapidare? | non ille ita stultus est ut malit venire ad Caesarem A 65
et vinci quam remanere in Asia et possidere.

Qui mos si fuerit inductus, ut defunctorum testamenta ex provinciis 5
25 transmarinis Romam mittantur, indignius et acerbius sic testamentorum
periculum erit ⟨quam⟩ sit, si corpora ⟨huc⟩ defunctorum trans maria
trahantur ⟨adflicta in⟩iuriose. t⟨um detrime⟩ntum ne⟨que mortuus
neque p⟩eculium ⟨capiet. sepu⟩ltura enim cadaveribus in ipsis iniuriis
praesto est: sive maria naufragos devorent sive flumina praecipites
30 trahant sive harenae obruant seu ferae lacerent sive volucres discerpant,
corpus humanum satis sepelitur, ubicumque consumitur. at ubi testa-
mentum naufragio submersum est, illa demum et res et domus et familia

4 remissa m^2 emissam m^1 || 6 petent'te¯pora m^2 petentespora m^1 *quae fort. iam* petentte¯pora *corr.* || 7 crudum] dudum *Heindorf* clusum *Cornelissen* totum *Orth* | est[2] *del. Cornelissen* || 8 moratae] morae *Mommsen* || 10 sequetur *Orth* || 11 hac m^2 hoc m^1 | non m^1 nonne m^2 || 14 *foramen suppl. Mai*[1] || 15 statiba *A* || 16 dilatio ⟨est⟩ *Heindorf* | rursum, ⟨rursum⟩ *Heindorf* || 17 duum m^2 dum m^1 | mensum] *supra* s *est hasta parva quae tamen* i *non esse vid.* | petitur *Mai*[1] || 18 mediis m^1 s *del.* m^2 | venit[1]] it *e corr.* m^2 *ut vid.* | ad *A* || 19 saltem adpropinquat si nondum adpropinquat *add.* m^2 | ⟨at⟩ *add. Naber* || 20 si m^2 sei m^1 | profectust *Beltrami* | ad *A* | cogitat[2] m^1 -tet m^2 || 21. 22 omnem rem *Beltrami* || 26 *lac. suppl. Mai*[1] | trans maria *ma n* t . . . . *h* || 27 trahantur *h* testantur *ma n* || 27–28 *lac. suppl. Hauler* || 31 sepellitur *A* | at m^2 et m^1 || 32 illo *Mähly*

naufraga atque insepulta est. olim testamenta ex deorum munitissimis aedibus proferebantur aut tabulariis aut ⟨th⟩ecis aut archieis aut opisthodomis; at iam testamenta pro⟨fe⟩ru⟨nt sicut⟩ iactitarint inter onera mercium et sarcinas remigum. id etiam superest, si quando iactu
A 66 opus est, ut testamenta cum leguminibus iactentur. | quin etiam por- 5
torium constituendum, ⟨quod⟩ pro testamentis exigatur. antehac non constitutum, quia testamenta nondum navigarent salis ad exemplar sicque replerent navem aliquo ducente teste.

6 Non facundum effecit reus publicanus testamentum q⟨ui i⟩n Asia sorori nil utri⟨que⟩ dat aliena quo quae isti usu habilior, eo legatis 10
. . . . . . ix testatur notis suis vel ex aliquo publico opere ve⟨l⟩ tabula aliqua cog⟨ni⟩tis, igitur primo etiam mihi. vident partes tantas confecisse dona sorores: aqua maris, tempestate hiemis, caeli nubilis reliquos ins⟨ecta⟩ntur. restant soluta ferocia ⟨ve⟩nti et clarissimo caelo et salo pericula transituris; legata in arbitrio marium versantur, illarum pro- 15
cellarum dolo e conspectu avulserint venti superruentes, item cum testamento auferentur. mox inde illa nave vel con⟨tr⟩a voluntatem soluta ⟨aut s⟩parsa, pos⟨t in⟩ Hadriae fluminum sinu⟨s disiecta⟩ ac
7 dilata m⟨arisque aestu a⟩bsorpta er⟨adicantur⟩. interea s⟨orores bona illa⟩ Asiana tal⟨i fallacia do⟩losa usae epulantur. postea privatae solae 20

1 ex] a *Hildebrand* || **2** thecis *E. Klussmann* . ecis *h* ⟨lu⟩cis *Mai*^{1} ⟨ar⟩cis *Hildebrand* ⟨o⟩ecis *Eussner* | archieis *scripsi* arcieis *A* archiis *Mai*^{1} arcibus *Niebuhr* || **3** *ita scripsi* pro . . ru . . . . navigarint *ma n* pro . . ru . . . . . iactitarint *vel* pro . . ru . . subactuarint *h* pro⟨fe⟩ru⟨ntur si(*vel* quae)⟩ subactuarint *vel* pro⟨fe⟩ru⟨ntur sicut⟩ iactitarint(*vel* iacuerant) *Hauler* pro⟨pe⟩ *Mai*^{1} pro⟨t⟩ru⟨sa in mare⟩ navigabunt *Heindorf* *cum verbo* navigarint *ceteri:* proru⟨ta temere⟩ *Hildebrand* pro⟨mis⟩cu⟨e per maria⟩ *Mähly* pro⟨ut⟩ ru⟨dente apta⟩ *Eussner* pro ⟨ob⟩ru⟨tis sunt si⟩ *Klussmann* pro ⟨sc⟩ru⟨tis sunt si⟩ *Zink* per mare procellosum *Haines* || **5**–p. 13, **2** *dedi quae Hauler inedita reliquit quaeque nonnumquam sensu carent; pleraque incerta sunt. Mai paucula verba, du Rieu nihil fere legere potuit. lac. pro spatio suppl. Hauler* || **5** etiam portorium *iam coniecerat Niebuhr* || **6** quod] *lac. suppl. Mai*^{1} || **7** testamenta *incertissimum* | salis] is *incertum* | exemplar *vel* exemplum || **8** raeplerent *m*^{1} *corr. m*^{2} | ducente *vel* ducenti | teste *vel* tecti || **9** effecit reus publicanus *incertissimum, etiam* pius publicanus *vel* Piso Gallicanus *vel* remota alto anus *legere sibi visus est h* | testamentum] mentum *e corr. m*^{2} | q⟨ui⟩] q̄ *A* (*i. e.* quae?) || **10** habilior *m*^{2} labilior *m*^{1} || **11** ⟨venatr⟩ix *vel* ⟨ornatr⟩ix *Hauler* | testatur *m*^{2} testamentum *m*^{1} | notis *vel* natis *m*^{2} gnatis *m*^{1} || **12** primo *m*^{2} primi *m*^{1} *ut vid.* | vident *vel* videas || **14** ins⟨ecta⟩ntur *vel* ins⟨equu⟩ntur *suppl. Hauler in lac.* | *inde a* restant *inc. alterum laterculum* | restant *incertissimum* | ferocia] fe *add. m*^{2} | ⟨ve⟩nti *add. m*^{2} || **15** pericula *m*^{2} periculosa *m*^{1} | arbitrio *vel* arbitris | illarum *vel* illa cum || **16** *post* conspectu *add.* cum *Hauler* (*non est lac.*) | superruentes *fort. e* super montes *corr.* || **17** testamento *incertissimum* || **18** sinu *vel* sonit | disiecta *vel* direpta *vel* abrepta *Hauler in lac. octo fere litt.* || **19** aestu *vel* fluctib(us) | eradicantur *vel* eripiuntur *vel* eripientur || **19.20** bona illa *vel* legata || **20** asiana tal *incertissimum* | usae *incertum*

sunt quibus bona sanis testator al⟨legare⟩ po⟨tuit⟩ item perfecto testamento propere celata litterula et . . . . . sua multi exempla.

A 58 | 8 | De funere aliquid addamus. sciat familia, quemadmodum lugeat: aliter plangit servus manumissus, aliter cliens laude vadatus, aliter 5 amicus legato honoratus. quid incertas et suspensas exequias facis? omnium animalium statim post mortem hereditas cernitur: ovi lana statim detrahitur[a]), ut elephanto ebur, ungues leonibus, avibus pinnae plumaeque: hominum hereditas post mortem iacet, differtur, praedonibus exposta diripitur?'

10 Puto totum descripsi. quid ergo facerem, quom totum admir⟨ar⟩er, **9** quom totum amarem tal⟨em⟩ hominem beatum? vale, disertissime, doctissime, mihi carissime, dulcissime, magister optatissime, amice desiderantissime.

Herodi filius natus ⟨hodi⟩e mortuus est; id Herodes non aequo fert **10** 15 animo. volo ut illi aliquid quod ad hanc rem adtineat pauculorum verborum scribas. semper vale.

7. DOMINO MEO

Accepi, Caesar, litteras tuas, quibus quanto opere laetatus sim, facile **1** aestimas, si reputaveris singula. primum, quod caput est omnis mei

20 *m^2 in margine* [a]) calve⟨tur⟩

1 testator *scripsi* testatur *h* | potuit *vel* poterit | item *probab. quam* iam in || **2** testamento *incertum* | propere *vel* praepere *vel* proprie *vel* prodere | celata *vel* celari *vel* calato | procancellata *et* propere ⟨can⟩cellata *temptavit Hauler* | litterula *incertum* | et⟨iamsi⟩ *Hauler* | sua multi exempla *incertum* | exempla ⟨possident sententiae, mutari potuit⟩ *Hauler, sed cum constet A 58 statim post A 66 sequi, neque lectio neque coniectura vera esse potest, cf. Proleg. XLVII* || **3** aliquid ad|damus *h* . . . .|damus *ma* aliquid di|camus *s* autem nihil mandamus *Vahlen* | ⟨dominum⟩ lugeat *Vahlen* || **4** laudaud(d *vel* c *vel* g)atus m^1h laudaucatus m^1 *ma n supra secundam* a *scr.* a m^2 *quae fort. secundam* a *in* e *corr., i. e.* laude vadatus *h* laudat vocatus *Mai*[1] laudicenus *vel* collocatus *vel* tutor (tuitor) datus *Cassan* adoptatus *Vahlen* lautia auctus *Sauppe* laute vocatus *Kan* laude auctus *Novák* laude auctus *vel* cultus *Drechsler* laudatum vocatus *Ellis* lautia *vel* lautiis avocatus *ego olim* laute donatus *Pepe* laude donatus *Garzya* || **5** legato] o *add.* m^2 || **6** cernitur *e* cernaetur *corr.* m^1 *h* cernatur *s* aspernatur *Kiessling* || **7** statim] tim *incertum* | detrahitur m^1h -etur m^2h *cf. marg.* detrahetur *s* | ut *in* et *corr.* m^1 *del. Studemund* | elephanto *ex* -tis *aut* -tum *aut* -tibus *aut* -ti *corr.* m^1 | pinnae m^1 pennae m^2 || **8** plumaeque] plu *e corr.* m^1 || **9** exposta m^1 expasta m^2 || **10** ergo] ego *Klussmann* | quom *h* quod *ma n s* quin *Madvig* | admirarer *Madvig* admirer A || **11** talem (tal *incertum h*)] *quattuor fere litt. legit h, duas tantum vel tres litt. deesse statuit s qui* ⟨te⟩ *vel* ⟨tam⟩ *suppl.* || **13** desideratissime *Heindorf* || **14** ⟨hodi⟩|e mortuus] *lac. suppl. Hauler qui antea* ⟨atqu⟩|e mortuus *suppleverat* || **18** quantoopere m^2 quantopere m^1 || **19** aestimas m^1 aestimaveris m^2 existimaveris *Haines* || **20** *lac. suppl. Hauler*

A 57 | gaudii, cum te bene valere cognovi, tum quod ita amantem mei sensi,
finem ut amori nullum neque modum statuas, quin cottidie aliquid
reperias quod circa me iucundius atque amicius facias. ego denique olim
iam me puto satis amari, tibi autem nondum, etiam quantum me diligas,
satis est; ut non mare ullum tam sit profundum quam tuus adversus me 5
amor: sane ut illud queri possim, cur me nondum ames tantum quantum
plurimum potest, namquei n dies plus amando efficis, ne id quod ante
diem amaveris plurimum fuerit.

2 Consulatum mihi putas tanto gaudio fuisse, quanto tua tot in una re
summi amoris indicia? orationis meae particulas, quas excerpseram, 10
recitasti patri tuo ipse studiumque ad pronuntiandum adhibuisti, qua in
re et oculos mihi tuos utendos et vocem et gestum et inprimis animum
accommodasti. nec video quis veterum scriptorum quisquam me beatior
fuerit, quorum scripta Aesopus ad populum pronuntiavit aut Roscius.
meae vero orationi M. Caesar actor contigit et pronuntiator tuaque ego 15
A 61 opera et voce audientibus placui, cum audiri a te ac tibi placere | omnibus
summe sit optabile. non miror itaque quod placuerit oratio oris tui
dignitate exornata. nam pleraque propria venustate carentia gratiam
sibimet alienam extrinsecus mutuantur. quod evenit etiam in plebis istis
edulibus: nullum adeo vile aut volgatum est holus aut pulpamentum, 20
quin elegantius videatur vasis aureis adpositum. idem evenit floribus et
coronis: alia dignitate sunt[a]), quom a coronariis veneunt, alia quom a
sacerdotibus porriguntur.[b])

3 Tantoque ego fortunatior quam fuit Hercules atque Achilles, quorum
arma et tela gestata sunt a Patricole et Philocteta, multo viris virtute 25
inferioribus; mea contra oratio mediocris, ne dicam ignobilis, a doctissimo

m^2 in margine [a]) in alio habet: in P⟨o⟩rtun⟨ium la⟩ta || [b]) in alio sic habet: alia dignitate sunt in Portunio, cum a coronario veniunt, alia cum a sacerdote in templo porriguntur

25 *cf. Hom. Il. XVI 130 sqq.*

1 cum] quod *Heindorf* | amantem ⟨te⟩ *Brakman* || **4–5** diligis satis est *vel* diligas satis esse *vHerwerden* || **5** tuus adversus *ex* tuum adversum *corr.* || **6** sane *incertum* plane *Studemund* || **7** it *add.* m^2 || **7. 8** ante diem m^1 ante dies m^2 ante ⟨hunc⟩ diem *vel* ante [diem] *vHerwerden* antidea *Haines* || **9** *post* mihi *tres litt., fort.* bis, *legi nequeunt* || **12** vocem ipsam ma^1 ipsam *om.* ma^2n || **13** quis] qui *Heindorf* | quisquam] umquam *Orth* || **14** Aesopus] s *add.* m^2 || **17** summae *A* | obtabile *A* || **19** sibi *et* mutuant] *cf. p. 15, 17, app. crit.* | evenit m^2 venit m^1 | plebis m^1 plebeis m^2 || **21** quin elegantius *Mai*[1] quineglegentius *A* || **22–23** *cf. marg.* || **26** *post* ignobilis *in A est* iis *aut* tis *aut* lis *aut* fis *aut* us | a doc *incertum* || **27** in portunia (Portunium *scripsi*) lata *incertissimum h* (*lac. suppl. Hauler*) insunt *n* || **28** sunt *ma n s* grati *incertissimum h* grati⟨aque⟩ *Hauler* | in Portunio] in Vortumnio *vel* in porticu Vortumni *Anon 1817* Vortumni *Lobeck*

et facundissimo hominum Caesare inlustrata est. nec ulla umquam scena
tantum habuit dignitatis: M. Caesar actor, Titus imperator auditor. quid
amplius cuiquam contingere potest, nisi unum quod in caelo fieri poetae
ferunt, quom Iove patre audiente Musae cantant? enimvero quibus ego
5 gaudium meum verbis exprimere possim, quod orationem istam meam
tua manu descriptam misisti mihi? verum est | profecto quod ait noster A 62
Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, bene-
ficia autem veneficia. quo poculo aut veneno quisquam tantum flammae
ad amandum incussisset praeut tu me et facto hoc stupidum et attonitum
10 ardente amore tuo reddidisti? quot litterae istic sunt, totidem consulatus
mihi, totidem laureas, triumphos, togas pictas arbitror contigisse. quid 4
tale M. Porcio aut Quinto Ennio, C. Graccho aut Titio poetae, quid
Scipioni aut Numidico, quid M. Tullio tale usuvenit? quorum libri
pretiosiores habentur et summam gloriam retinent, si sunt Lampadionis
15 aut Staberii, Plautii aut D. Aurelii, Autriconis aut Aelii manu scripta
e⟨xem⟩pla aut a Tirone emendata aut a Domitio Balbo descripta aut ab
Attico aut Nepote. mea oratio extabit M. Caesaris manu scripta. qui
orationem spreverit, litteras concupiscet; qui scripta contempserit,

3 *cf. Hom. Il. I 604; Hesiod. Scutum 205 sq.* || 7 *sq. Laberius Com. 134 sq. Ribbeck*^{3}*; 121 Bonario, Romani mimi*

1 hominum *h* omnium *ma n* | nec *ex* nac *corr. vid.* | scena m^2 scaena m^1 || 2 dignitatis ⟨quantum mihi tribuere⟩ *Ehrenthal* | actor m^2 auctor m^1 | auditor *add.* m^2 || 3 cuiquam *add.* m^2 | potest m^2 potes m^1 | poetae m^2 poete m^1 || 4 patre *add.* m^2 || 5 orationem m^2 rationem m^1 || 6 *post* mihi *est spatium trium fere litt. in rasura* | profecto m^2 praefecto m^1 || 7 delinimenta esse deliramenta *Hildebrand* | deleramenta *e* deliberamenta *corr.* delibamenta *Anon 1817* | beneficia] *altera* e *e corr.* m^2 || 8 veneficia *Mai*^{1} beneficia *A* | quo *scripsi* quod *A* quid? *Hauler* || 8–9 tantum – incussisset m^1 (amandum *e corr.* m^1) tanta flamma adamasios percussisset m^2 *quae supra* amasios *fort.* ri posse *scr.* tantum flammae adamatoriae incussisset *Haupt* || 9 me *add.* m^2 || 10 amore *fort. ex* amori *corr.* m^1 | quot] quod (*e* quid *corr.*) m^1 *supra* d *scr.* m^2 i(n) a(lio) t | istic m^2 stic m^1 || 11 laureas] glorias *Wölfflin* | *verbo* contigisse *inc. novum capitulum A* || 12 gracco *A* | Titio] L. Accio *Niebuhr* Titinio *Luc. Müller* || 13 *supra* Scipioni *scr. vid.* minori m^2 || 14 pretiosiores] p *add. vid.* m^2 | Lampadionis] s *fort. add.* m^2 || 15 staberii aut adurse|lii (aut adur *vel* thurse *incertissimum*) m^1 d (*vel* s) aure|lii *corr. vid.* m^2 *quae supra* aut adur *scr.* i(n) a(lio) plautii | Autriconis] rico *incertissimum, fuit fort.* aut fisonis *vel* aut triconis *vel* aut tulonis *vel* aut tiranis *vel* aut tidanis *vel* aut riconis *vel* aut vidianis | *supra* Aelii *scr.* m^2 ex baecola *vel* baetola *vel* beticola *vel* brebola *vel* blerola *vel* bactulone *vel* badelone || 15–16 scripta exempla aut a ti *incertum* || 16 aut^2 *add.* m^2 | a Domitio Balbo] omi *e corr.* m^2 balbo m^2 *ut vid.* barbo *vel* barbi m^1 *ut vid.; antea legerat* ad optima exemplaria *h* | de(*vel* di)scribta m^2 *ut vid.* ab ipsis *vel* aut obio *vel* aut liseo *vel* aut livio m^1 | ab *add.* m^2 || 17 *ante* Nepote *fort. add.* ab m^2 | manusscripta *A* | *post* scripta *sequuntur verba* nam pleraque properia(e *del. vid.*) venustate carentia gratiam sibi alienam mutuant (*vel* mutuantur m^2 mustadu *vel* mustadit m^1) *quae e p. 14, 18 sq. repetuntur quaeque del. Niebuhr, defendit Allen*

scriptorem reverebitur. ut si simiam aut volpem Apelles pinxerit, ei bestiae nihili pictura pretium adderet; aut quod M. Cato de aegro ser|⟨vo⟩ † †

Fragmentum apud Charis., Ars Gramm. II p. 287, 26–28 Barwick: Fronto ad Marcum invicem libro I: adest etiam usquequaque tibi natura ⟨in⟩situs lepos et venustas. 5

⟨M. FRONTONIS EPISTVLARVM AD M. CAES. ET INVICEM LIBER II⟩

† †

(A 146) 1. *ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΠΡΟΣ ΗΡΩΔΗΝ* 10

A 59 - - - |*τερον ἴσως ἢ . . . ἡμᾶς· τὸ δὲ μετριάζειν ἐν τοῖς ἥττοσιν κακοῖς οὐ δύσκολον. ἐν παντὶ μὲν γὰρ τὸ κατὰ πάντα ϑ⟨ρη⟩νεῖν κἀποιμώζειν ἔξω τοῦ προσήκοντος ἀπρεπὲς ἀνδρὶ παιδείας . . . . μένῳ. χαίρων* (145) *δὲ ἔγωγε μᾶλλον ἢ λυπούμενος μέτρια ⟨ἂν ἐκβα⟩ίνοι|μι. τὸ γὰρ πρὸς ἡδονὴν παράλογον ὂν τοῦ πρὸς ἀνίαν αἱρετώτερον.* 15

2 *cf. Plaut. Mil. 180; 285* | *cf. Cato De agr. 2, 7; p. XX Jordan*

1 appelles m^1 *quae fort. alteram* p *del.* m^2 *in marg.* in al(io) apella | *ita scripsi* pinxerit ei] . . .|tet *ma* . in . .|tet *n* . inxe|tei *b* pinxeri|tei m^1h | *ante* tei *add.* m^2 ⟨ex⟩ara (ex *incertissimum*, ra *probab. quam* tur) *supra* te *scr.* a m^2 *quae* i *del.*, *unde* exaratae *h* ei *fort. manus antiqua in* et *corr.* *post* exaratae *add.* et (*probab. quam* ex) m^2 || 2 nihili pictura *scripsi* a . l . . cuia' *n* . . . . remae *b* nihil m^1h | *supra* nihil *add.* m^2 a(lius) i *i. e.* nihili, *tum* nihil *in* nilu *corr.* m^2 *et supra* l *scr.* i' *et supra* u *scr.* i *efficiens* nili vi *h* | pictura m^1h -rae m^2h | pinxerit, exaratae bestiae nili vi picturae *Hauler* || 2. 3 aegro ser m^2h (gro ser [*probab. quam* sis]) *incertum* aelio *vel* aeilo *vel* aereo m^1h ac . . . *n* ser⟨vo⟩ *vel* aere a⟨lieno⟩ *suppl. Hauler* || 3 *post A 62 quattuor pag. desunt, nisi huc pertinent A 67–68 quae legi nequeunt, cf. Proleg. XLVII* || 6 insitus *Anon 1817* situs (*e* sinus *corr.*) N que situs *suprascr.* id est non quaesitus C scitus *Niebuhr* || 7–8 M. Cornelii Frontonis *etc. suppl. Mai*^{2} || 10 *haec epistula bis legitur: et hic in quat. III et in quat. XLII Additamenti tertia* | *A 146 legi nequit praeter titulum qui est in versu secundo alterius laterculi* || 11 *τερον ma* *τεβον h* *⟨καϑ' ἕ⟩τερον et ⟨καϑ'⟩ ἡμᾶς Hauler* | *ισως h* *γεως ma* || 12 *post κατα duae litt.* (*fort. εκ*) *del. vid.* | *πάντα* m^2 *ανα* m^1 *ut vid.* | *ϑρηνεῖν*] *lac. suppl. Hauler, sed ϑ et νειν incertissimum* || 12–13 *κἀποιμώζειν – προσήκοντος scripsi* *καπομνοειν μεϑα τον προσεποντος h* *καπο . . . . προσεποντος ma* *ὑπὸ ⟨κακοῦ τοῦ⟩ προσπεσόντος Dobson* *κἀποδύρεσϑαι πέραν τοῦ καϑήκοντος* (*vel προσήκοντος*) *Hauler* *προσειπόντος Mai*^{1} || 13 *παιδιας A 59* | *post παιδείας*] *ετι*(*vel επ*)*ραιο|με*(*με vel εχο*)*μενω* m^1h *αιο*] *supra α scr. α vel χ* m^2, *ι in ρ et ο in ασ corr.* m^2 *⟨πεπειρα⟩μένῳ Mai*^{1} *ἔτι ἀρχαίας χρωμένῳ Hauler* || 14 *ita scripsi* *μετρα . . . .|μι ma* *μετρια* (*ι incerta*) . . . . *ιντε*(*τε incertum*)*|μι h* || 15 *παρα-λογον A 145* *παπαλογον A 59* | *ὂν*] *ο' add. vid. A 59* m^2 *om. A 145*

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῆς ἡλικίας σοι παρῴχηκεν πρὸς παίδων ἑτέρων ἀνα- 2
τροφήν. ζημία δὲ πᾶσα σὺν ἐλπίδι μὲν ἀποκοπτομένη χαλεπή· ῥᾴων δὲ
ὑπολειπομένης εἰς τὸ ἀναλαβεῖν ἐλπίδος· καὶ ὁ μὴ περιμείνας ταύτην
ἀγεννὴς καὶ πολὺ τῆς τύχης αὐτῷ χαλεπώτερος· ἡ μέν γε τύχη τὸ παρὸν
5 *ἀφείλετο, ὁ δὲ ἐστέρησεν αὐτὸν καὶ τῆς ἐλπίδος.*

Ὅθεν δ' ἂν ῥᾷστα παραψυχῆς τύχοις, πείρᾳ μαθὼν ἔγωγε, ἀλλὰ οὐ 3
σοφίᾳ, διδάξω· ἀεί μοι συνέβη τι τῶν δεινῶν παθεῖν ἐρῶντι. ἤρων δὲ τοτὲ
μὲν Ἀθηνοδότου τοῦ σοφοῦ, τοτὲ δὲ Διονυσίου τοῦ ῥήτορος. καὶ δὴ τοῦτο
ἐννοῶν ὅτι μοι σῴζοιτο κεῖνος οὗπερ ἐρῶν τύχοιμι, ἧττον ἦν τῇ λύπῃ καὶ
10 *τοῖς προσπίπτουσιν ἁλώσιμος. εἰ δέ τινος ἐρᾷς καὶ σὺ νέου γενναίου*
ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ καὶ τύχῃ καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντος, οὐκ ἂν ἁμαρτά-
νοις ὁρμῶν ἐπ' ἐκείνῳ καὶ πᾶσαν ἀγαθῶν ἀσφάλειαν ἐπ' αὐτῷ | τιθέμενος, A 60
ὡς, ἐφ' ὅσον γε ἡμῖν οὗτος περίεστιν (ἀ⟨ν⟩τεραστὴς γάρ εἶναι σοί φημι,
καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι), τὰ ἄλλα γε πάντα ἡμῖν εὐίατα καὶ τούτου μακρῷ
15 *δεύτερα.*

2. CAESARI AVRELIO DOMINO MEO CONSVL TVVS FRONTO SAL.

Quae sint aures hominum hoc tempore, quanta in spectandis orationi- 1
bus elegantia, ex Aufidio nostro scire poteris: quantos in oratione mea
20 clamores concitarit qu⟨a⟩ntoque concentu laudantium sit exceptum
'omnis tunc imago patriciis pingebatur insignibus'. at ubi genus nobile

1 *ουδε A 59 | πτες A 59 | ηλικια A 59 | παρωιχηκεν A 145 m*[2] *sine iota A 59 A 145 m*[1] *| πρως A 59* || **2** *π(vel τι)αλεπη A 59 | ραων A 59 | δὲ] δη A 145* || **3** *υπολειπομηνης A 145 | εἰς A 59 A 145 m*[1] *ες A 145 m*[2] *| πηριμεινας A 59 περιμηινας A 145* || **4** *πολυς A 59 | τυχη A 145 τηχης A 59 | αλεπωτερος A 145 | γε A 59 γη A 145 γὰρ Niebuhr* || **5** *εστηησεν A 145* || **6** *ραιστ A 59 | τουχοις A 59 | πείρᾳ Niebuhr π . . ρα A 59 πειρθα A 145 | μαθον A 59* || **6.7** *αλλουϑοφια A 59 αλλαουσοφιαν A 145* || **7** *διδαξωνει A 59 | συνηβη A 59 | τι om. A 59 | δεινον A 145 | ηερων A 145* || **8** *τοτη A 145 | δυονυσιου A 145 | ρετορας A 59* || **9** *σοζοιτο A 145 σωοτιο A 59 ut vid. | κεινος A 145 . . ει . . . A 59 | ουπερερων A 59 ουπηρων A 145 οὗ ἐρῶν Mai*[1] *οὗ γ' ἐρῶν Naber οὗ μὴ ἐρῶν Hanslik | τυχοιμι A 145 ex τυχηοιμι corr. A 59 m*[1] *| τη λυπη A 145 τε λυπη A 59* || **10** *προσπεπτουσιν A 145 s προσπειπτουσιν b | δέ] δη A 145 δὲ δή Haines | ερας A 59* || **11** *αρετη A 145 αρεταηι A 59 sed fort. corr. | ι adscr. om. A* || **12** *εκεινω A 59 εκεινωοι A 145 | ἀσφάλειαν] ε suprascr. in A 145 ασφαλιαν A 59 | post ἀσφάλειαν A 59 αν add. vid. | αυτοι A 145 αυτω A 59* || **12–14** *post τιθέμενος et post ἀποκρύπτομαι lac. statuit Jacobs* || **13** *ὡς Niebuhr ος A 145 σος A 60 ὃς Mai*[1] *| γε A 145 γ A 60 | πηριεστιν A 60 | αντεραστης A 60 ut vid. et ita coni. Buttmann ατεραστης A 145 ἅτ' ἐραστὴς Mai*[1] *ἐραστὴς Niebuhr* || **14–15** *verba ποκρυπτομαι – δευτερα, quae librarius A 60 omiserat, post* nostro (**19**) *inseruit* || **14** *ημειν A 60 | εὐίατα Mai*[1] *ευνιατα A 145 . . σ (vel ε) οα . α A 60 | μακρω A 60* || **18** sint *m*[1] sunt *m*[2] || **19** aelegantia *m*[1] *corr. m*[2] | nostro] *cf. app. crit.* **14–15** | ⟨et⟩ quantos *Mai*[1] || **20** *lac. suppl. Mai*[1]

cum ignobili conparans dixi: 'ut si quis ignem e rogo et ara accensum similem putet, quoniam aeque luceat', ad hoc pauculi admurmurati 2 sunt. quorsum hoc rettuli? uti te, domine, ita conpares, ubi quid in coetu hominum recitabis, ut scias auribus serviendum; plane non ubique nec omni modo, attamen nonnumquam et aliquando. quod ubi facies, simile 5 facere te reputato atque illud facitis, ubi eos, qui bestias strenue interfecerint, populo postulante ornatis aut manumittitis, nocentes etiam A 64 homines aut scelere damnatos, sed populo postulante | conceditis. ubique igitur populus dominatur, praeva⟨let⟩ et praepollet.[a]) igitur ut populo gratum erit, ita facies atque ita dices. 10

3 [b]) Hic summa illa virtus oratoris atque ardua est, ut non magno detrimento rectae eloquentiae auditores oblectet; eaque delenimenta, quae

m^2 *in margine* [a]) popul⟨us pr⟩ae dom⟨inis⟩ igitur praevalet et praepollet || [b]) in aliis hoc - - - - hic summa illa virtus ⟨o⟩ratoris adque ardua est, ut non magno detrimento rectae eloquentiae auditores oblectet neque ea delenimenta quae auri- 15 bus audientium mulcend⟨is⟩ - - - - - - - - - - - - tus vestis mollitia lanarum delicata potius quam colore effeminata, filo tenui aut serico, purpureo colore, non luteo muliebr . . a . . . . ⟨v⟩obis praeterea purpurea vel uti necessarium est. eodem cultu nonnumquam oratio quoque est amicienda. tu facies istud et temperabis et moderaberis optimo modo ac temperamento. sic enim auguror: quidqui⟨d⟩ 20 . . . . eloquentia est, eximio . . . . tum tanto ingenio . . . .

1 e rogo ex m^1 de rogo et m^2 || **2** putet m^2 putes m^1 | quoniam m^1 quod m^2 | aeque m^1 adaeque m^2 | at *A* | pauculi m^1 pauci m^2 || **3** retuli m^1 *corr. vid.* m^2 || **4** recitabis m^2 -vis m^1 | non m^2 nec m^1 || **5** aliquando] aliquantum *Schopen* aliquo modo *Klussmann* aliquanto *Orth* || **6** facere te reputato m^2 facere putato m^1 | illut *A* illic *Hauler* | strenue] s *add.* m^2 | interfecerunt *Haines* || **8** homines] ines *e corr.* m^2 | postulante m^1 -ti m^2 || **9** dominatur *ma n* -tor m^1h *fort.* domi suasor *corr. manus antiqua* | praepollet m^1 | *supra* populus *scr.* m^2 i(n) al(io) praeva⟨let⟩ *et post* -tor *add.* et m^2h (*i. e.* populus praevalet et praepollet) dominatur et praepollet *Mai*[1] *cf. marg.* | igitur] ibi *Schopen* ibi tu *Ehrenthal* || **10** atque ita dices *add.* m^2 || **11** *sqq. cf. var. lect. in marg.* | hic m^1 haec m^2 sic *vel* hinc *Heraeus* | *supra* virtus *add.* m^2 i(n) al(io) le⟨cti⟩ (*lac. suppl. Hauler*) || **12** rectae eloquentiae *in marg.* recta eloquentia *in ordine supra* eloquentia *scr. fort.* suasoriae m^2 | quae m^2 que m^1 || **13** *ita h qui* ⟨in alio⟩ *anteposuit* ⟨u⟩bique igitur et praepollet *s vide ad* **9** || **14** *quanta lac. sit non satis constat* hoc ⟨repetitur⟩ g⟨ratum⟩ populo et facies et ⟨dices⟩ *primo, tum* hoc prae ⟨domi⟩nis populus praevalet et praepollet *h nisi est mera coniectura* hoc ⟨est⟩ *ego olim* | hic *probab. quam* haec || **15** rectaeloquentiae *A ut vid.* || **16** *quanta sit lac. non constat* | tus *vel* tos *A* || **17** luteo *probab. quam* lutea *h* luteam *n s* || **18** muliebre auro picta *vel* muliebrius aut aureo tincta *h coniectura ut vid.* | praeterea purpura veluti *primo, tum* praeterea quasi uti *h* praeterea purpura utuntur *n s* praeterea purpura uti quibus *Schwierczina* || **19** amicienda *incertum* || **20** moderaberis] deraberis *incertum* || **20–21** quidqui⟨d⟩ . . . . in eloquentia *primo, tum* quidquid adeo ab electis (*in* elegantibus *corr.*) eloquentia est eximio perfecturum | cum *h* quid . . . . tia eximie erit fac|tum *n* || **21** ingenio ⟨es praeditus⟩ aliquo labore *primo, tum* ingenio sis praeditus tantoque labore *h*

mulcendis volgi auribus conparat, ne cum multo ac magno dedecore fucata sint: potius ut in conpositionis structuraeque mollitia sit delictum quam in sententia inpudentia: vestem quoque lanarum mollitia delicatam esse quam colore muliebri, filo tenui aut serico; purpuream ipsam,
5 non luteam nec crocatam. vobis praeterea, quibus purpura et cocco uti necessarium est, eodem cultu nonnumquam oratio quoque est amicienda. facies istud, et temperabis et moderaberis modo ⟨te⟩mperamentoque optimo. sic enim auguror: quicquid egregie umquam in eloquentia factum sit, te id perfecturum: tanto ingenio es praeditus tantoque te studio
10 exerces et labore, quom in aliis vel sine ingenio studium vel sine studio solum ingenium egregiam gloriam pepererit. certum habeo te, domine, aliquantum temporis etiam prosae orationi | scribendae inpertire. nam A 63 etsi aeque pernicitas equorum exercetur, sive quadripedo currant atque exerceantur sive tolutim, attamen ea quae magis necessaria frequentius
15 sunt experiunda. iam enim non ita tecum ago ut te duos et viginti annos 4 natum cogitem, qua aetate ego vixdum quicquam veterum lectione

.... labore te exerces, cum in aliis vel sine in⟨genio s⟩tu⟨dium⟩ ....

7 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. modus* || 13 *cf. Plaut. Asin. 708*

1 ne m^1 *del.* m^2 *quae suprascr.* i(n) a(lio) labore cum | *supra* multo ac *scr.* lebigata habe⟨at⟩ m^2h *incertum* || 2 potius *post* conpositionis *transp. Schopen* | ut m^1 et m^2 | structuraeque m^2 instructuraequae m^1 instructura aeque *Mai*[1] in structuraeque *Hauler* || 3 *supra* in sententia *scr.* m^2 .... sententias | inpudentia *vel* inpudentei m^1h inpudentia *ma n* inpudenti *b* inpudenti m^2h | sententiis impudentia *Heindorf* sententiarum impudentia *Eckstein* sententiae inpudentia *Hauler* || 3–5 *post* lanarum *add.* ⟨malo⟩ *primo, tum post* esse ⟨praestat⟩ *Brakman* crocatam ⟨praeoptamus⟩ *Mai*[1] crocatam ⟨volo⟩ *Buttmann* esse] malo *Mai*[2] esse ⟨delector⟩ *Wölfflin* vobis] volo iis *Heraeus* esse ⟨malo⟩ *Hofmann* || 3 delicata *Allen* || 4 purpuram *Niebuhr* || 5 crocotam *Naber* || 7 istut *A* | moderaveris m^1 *corr. fort.* m^2 | temperamentoque] *lac. suppl. Naber* || 8 umquam m^1 eximia *fort.* m^2 | eloquentia m^2 -tiam m^1 m^2 *suprascr.* in al(io) eloquentiae perfectae || 11 pepererit m^1 m^2 *suprascr.* in alio reperiam || 12 prosae m^2 prose *ex* proso *corr.* m^1 | orationi m^1 -onis m^2 | inpertire *h* inpendere *ma n b* inpendere ⟨debere⟩ *Brakman* || 13 etsi m^1*ma n* hoc *vel* his m^1h dicet *fort.* m^2h | exercetur m^1 exerceatur m^2 *ut vid.* | quadrupedo *fort.* m^2 | currant ⟨cursu⟩ *Klussmann* ⟨cursu⟩ currant *Haines* | atque m^1 quia *fort.* m^2 || 14 sive *Mai*[1] *et fort. iam* m^2 su m^1 seu *Naber* m^2 *suprascr.* ⟨in⟩ alio sive palestrice levando pedes | que *A* || 15 ita m^2 isa m^1 m^2 *suprascr.* a(lius) haec ibsa || 16 natum m^2 netum m^1 | lectione *vel* lectionib(us) m^2 lectionum m^1 m^2 *suprascr.* i(n) a(lio) lectione || 17 te *minus probabile quam* to *h* | cum *primo, postea* tum *h* quum *n* | vel sine ingenio studium *n* vel sine | intentum sine stu⟨dio⟩ *primo, tum* vel ⟨quod in⟩dubitatum sine | in⟨genio s⟩tu⟨dium ve⟩l sine st⟨udio in⟩dilata ⟨natura egreg⟩ium futuram gloriam *h*

attigeram. deorum et tua virtute profectum tantum in eloquentia adsecutus es, quantus senioribus ad gloriam sufficiat et, quod est difficillimum, in omni genere dicendi. nam epistulae tuae quas adsidue scripsisti mihi satis ostendunt, quid etiam in istis remissioribus et Tullianis facere possis. 5

5 Pro Polemone rhetore, quem mihi tu in epistula tua proxime exhibuisti Tullianum, ego in oratione, quam in senatu recitavi, philosophum reddidi, nisi me opinio fallit, peratticum. ain quid iudicas, Marce? quemadmodum tibi videtur fabula Polemonis a me descripta? plane multum mihi facetiarum contulit istic Horatius Flaccus, memorabilis poeta mihique 10 A 55 propter Maecenatem ac Maecenatianos hortos meos non | alienus. is namque Horatius Sermonum libr(o) s(ecundo) fabulam istam Polemonis inseruit, si recte memini, hisce versibus:

> mutatus Polemon ponas insignia morbi,
> fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille 15
> dicitur e collo furtim carpsisse coronas,
> postquam est inpransi correptus voce magistri.

6 Versus quos mihi miseras remisi tibi per Victorinum nostrum atque ita remisi: chartam diligenter lino transui et ita linum obsignavi, ne musculus

6 *p. 29, 19 sqq.* || 12 *sqq. Hor. Sat. II 3, 254–257* || 19 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. mus 5; rima 1*

1 attigeram *Heindorf* adegeram m^1 *corr.* m^2 *legi nequit* addidiceram *Mai*[1] adieram *Naber* collegeram *vel* expilaveram *Hauler* adiveram *Pescani* | deorum ⟨ope⟩ *Cornelissen* ⟨auxilio⟩ deorum *Desrousseaux* deorum ⟨tutela⟩ *Walter* | profectum *ma n* prefectum *probab. quam* profectum $m^1 h$ praefectus *fort.* m^2 provectum *Eussner* || 2 es *add.* m^2 | quantus *scripsi* -um *A* || 3 ⟨minus⟩ adsidue *Desrousseaux* adsidue $m^2 n$ -uo $m^2 h$ *incertum* -uae $m^1 h$ -uas *ma* adsiduus *Heindorf* | scribsisti *A* || 4 tullianis m^2 tu alienis m^1 || 6 rethore $m^1 h$ h *del. vid.* m^2 | exhibuisti m^1 m^2 *suprascr.* i(n) a(lio) exha || 7 *supra* (philo)sophum *scr.* m^2 i(n) aliis polemonem (*vel* polemona) || 8 peratticum m^2 *ut vid.* peranticum m^1 *ut vid.* m^2 *suprascr.* peripate (*i. e.* peripateticum) ⟨hy⟩peratticum *v. Leutsch* | ain] an m^1 i *suprascr. vid.* m^2 | iudicas] tu dicas m^1 *supra* dicas *scr.* m^2 i(n) al(io) existim (*i. e.* existimas) en quid iudicas *Buttmann* ecquid, tu dicas *Klussmann* an quid iudicas, Marce, ⟨et⟩ *Desrousseaux* || 9 a me descripta *Naber* adedescripta m^1 m^2 *suprascr.* quae (*incertum*) ate (*vel* aple, *fuitne* ample?) est (*incertum*) descripta a te descripta *iam Mai*[1] [a te] descripta *vel* a te scripta *Mai*[2] ad te scripta *Jacobs* adaeque descripta *Klussmann* adeo descripta *Hauler* || 10 Horatius] h *add.* m^2 || 11 mecenatem *et* mecenatianos m^1 *sed fort. corr.* m^2 | is] his *A* || 12 Horatius] h *add.* m^2 | libro s *ma* libr˙s˙ *n* libri s˙ *h* || 13 si m^2 se m^1 || 14 ponas] poenas *A* || 15 potus *fort.* m^2 postus m^1 || 16 e *add.* m^2 ex *edd. Hor.* | carpsisse m^2 carpisse m^1 || 17 correptus m^2 corruptus m^1 || 18 *post* versus *add.* m^2 in alio iam (iam *incertum*) | remisi m^2 remisit m^1 || 19 cartham *A* | trans|sui m^1 *priorem* s *del.* m^2 *et supra* sui *scr.* didi (*i. e.* transdidi) transivi *Wulff* || 19 – p. 21, 1 musculus iste m^1 mustela ista m^2

iste aliquid aliqua rimari possit. nam mihi ipse de tuis hexametris numquam quicquam impertivit, ita est malus ac malitiosus. sed ait te de industria cito et cursim hexametros tuos recitare: eo se memoriae mandare non posse. remuneratus est igitur a me mutuo; paria paribus habet, 5 ne ullum hinc versum audiret. memini etiam te frequenter, ne cuiquam versus tuos ostenderem, admonuisse.

Quid est, domine? certe hilaris es, certe bene vales, omnium rerum **7** certe sanus es? male dum similiter ne umquam ita nos perturbes ut natali tuo perturbasti; cetera | minus laboro. *εἴ τί σοι κακόν, εἰς Πυρραίων* **A 56** 10 *κεφαλήν*. vale meum gaudium, mea securitas, hilaritas, gloria. vale et me, obsecro, omni modo ames, qua ioco, qua serio.

Epistulam matri tuae scripsi, quae mea inpudentia est, Graece, eamque **8** epistulae ad te scriptae inplicui. tu prior lege et, si quis inerit barbarismus, tu, qui a Graecis litteris recentior es, corrige atque ita matri redde. nolo 15 enim me mater tua ut Opicum contemnat. vale domine et matri savium **9** da, cum epistulam dabis, quo libentius legat.

3. | *ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ* (A 157)

Πῶς ἂν ἀπολογησάμενος συγγνώμης παρὰ σοῦ τύχοιμι, ὅτι σοι τούτων **1** *τῶν ἡμερῶν οὐκ ἐπέστειλα; ἢ δῆλον ὅτι τὴν ἀληθῆ τῆς ἀσχολίας εἰπὼν* 20 *αἰτίαν; λόγον γάρ τινα συνήγαγον περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. ἡ δὲ τῶν*

3 *cf. Plaut. Poen. 567* || 4 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 242 s. v. par 3* || 9 *sq. Paroemiogr. Graeci I p. 84* || 11 *Inc. inc. fab. fr. XX Com. Ribbeck*^{3}*; Otto, Sprichwörter s. v. iocus* || 12 *p. 21, 17* || 15 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 113 s. v. Opicus*

1 posset *Eckstein* | hexametris m^1 hexhametris m^2 *quae add. nonnullas litt. quae legi nequeunt* || 2 *post* set *add.* m^2 in alio is || 3 exametros m^1 exhametros m^2 | mandare m^1 m^2 *suprascr.* in al(io) tradere || 4 *post* mutuo *add.* is *vel* in m^2 | paria paribus] parparia *e* pactum (*probab. quam* partum) *corr.* m^1h pari. *ma* pa . r *n* m^2 *suprascr.* paria paribus *h quod iam coniecerat Klussmann* || 6 tuos] os *add.* m^2 || 8 male m^1 e *in* o *vel* d *corr.* m^2 | male dum] vale. dum *Heindorf* macte! dum *Allen* male tum *Hauler* cave dum *Orth* || 9 *πυρραίων* m^2 *ut vid. et ita iam Buttmann* *πυρρυ* m^1 || 10 gaudiummea *s* gaudium moru⟨m⟩ mea m^1h m^2 *suprascr.* in al(io) mea *h* | hilaritas *add.* m^2 || 11 ames *ex* ameames *corr. vid.* || 12 eamque *Mai*^{1} eamquae m^1 eam tue m^2 || 13 scribtae *A* | inerit m^2 infit *vel* iniit *vel* intit m^1 || 17 *haec epist. bis legitur: hic in quat. III et IV et in quat. XLI Additamenti prima; hic mutila est, ibi tota exstat* | *inscriptionem om. A 56* | *μετρι A 157* || 18 *πος A 56* | *σοι om. A 56* || 18. 19 *τούτων τῶν*] *τοσούτων Heindorf* || 19 *εστεσετειλα vel εστεσστειλα A 157* | *ειπον A 157* || 20 *αἰτίαν*] *αγγιαν A 157* | *τινα συνηγαγον τον A 56* m^2 *ut vid.* *τινα συνεγαγον τον A 56* m^1 *τον del. Mai*^{1} *συνεγατον* (*probab. quam -γον*) *τινα A 157* *συνῆγον Bekker* | *βασιληως A 157* | *ἡ A 157* *in A 56 tres litt. legi nequeunt*

Ῥωμαίων παροιμία φίλου τρόπον μὴ μισεῖν ἀλλ᾽ εἰδέναι φησὶ δεῖν. οἷος δὲ οὑμὸς τρόπος φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. ὑπὸ τῆς πολλῆς ἀφυίας καὶ οὐθενείας ὅμοιόν τι πάσχω τῇ ὑπὸ Ῥωμαίων ὑαίνῃ καλουμένῃ, ἧς τὸν
V 166 *τράχηλον κατ᾽ εὐθὺ τετάσθαι λέγουσιν, κάμπτεσθαι δὲ ἐπὶ θάτερα* | [a]) *τῶν πλευρῶν μὴ δύνασθαι. κἀγὼ δὴ ἐπειδάν τι συντάττω προθυμότερον,* 5 *ἀκαμπής τίς εἰμι καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀφέμενος, ἐπ᾽ ἐκεῖνο μόνον ἵεμαι ἀνεπιστρεπτεὶ κατὰ τὴν ὕαιναν. καὶ τοὺς ὄφεις δέ φασιν τὰ ἀκόντια οὕτως πως ᾄττειν κατ᾽ εὐθύ, τὰς δὲ ἄλλας στροφὰς μὴ στρέφεσθαι· καὶ τὰ δόρατα δὲ καὶ τὰ τόξα τότε μάλιστα τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, ὅταν εὐθεῖαν ᾄξῃ μήτε ὑπ᾽ ἀνέμου παρωσθέντα μήτε ὑπὸ χειρὸς Ἀθηνᾶς ἢ Ἀπόλλωνος* 10 *σφαλέντα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ Τεύκρου ἢ τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων βληθέντα.*

2 *Ταύτας μὲν δὴ τρεῖς εἰκόνας ἐμαυτῷ προσείκασα, τὰς μὲν δύο ἀγρίας καὶ θηριώδεις, τὴν τῆς ὑαίνης καὶ τὴν τῶν ὄφεων, τρίτην δὲ τὴν τῶν*
(A 158) *βελῶν καὶ αὐτὴν ἀπάνθρωπον* | *οὖσαν καὶ ἄμουσον. εἰ δὲ δὴ καὶ τῶν ἀνέμων φαίην ἐπαινεῖσθαι μάλιστα τὸν οὔριον, ὅτι δὴ ἐπ᾽ εὐθὺ φέροι τὴν* 15 *ναῦν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὰ πλάγια ἀπονεύειν ἐῴη, τετάρτη ἂν εἴη αὕτη εἰκὼν καὶ αὐτὴ βιαία. εἰ δὲ προσθείην καὶ τὸ τῆς γραμμῆς, ὅτι πρεσβυτάτη τῶν γραμμῶν ἡ εὐθεῖά ἐστιν, πέμπτην ἂν εἰκόνα λέγοιμι, μὴ μόνον ἄψυχον ὥσπερ τὴν τῶν δοράτων, ἀλλὰ καὶ ἀσώματον ταύτην οὖσαν.*

m[2] *in margine*[a]) epistula ista Graeca, quae a Frontone scribta est ad matrem 20 Caesaris, continet excusationem ips⟨i⟩us in laude scribenda Antonini, propter quod ad eam non scribserit post integritatem redditam

1 *Otto, Sprichwörter s. v. amicus 10* || 10—11 *cf. Hom. Il. VIII 311; Od. 22, 256*

1 *φιλου in A 56 e corr. m*[2] | *δε A 56 δ A 157* || 2 *ἀποκρύψομαι Leopardi αποκρυφομαι A 157 αποκρυπτομαι (πτ incertum) A 56 et Mai*[1] | *αφυειας A 56 m*[1] *ε del. vid. m*[2] *αφυας A 157* || 3 *ουθηνειας A 157* | *τη A 56* | *⟨τῶν⟩ Ῥωμαίων Haines* | *καλουμηνη A 157* || 4 *τεταστε A 56* | *θατέρα̣ Mai*[1] || 5 *δυνασθ V* | *καγο ex καιο corr. V* | *δὴ] δ᾽ Mai*[1] | *επιδαν V πειδαν A* | *τι A τις V* || 6 *αφεμηνος A* || 7 *ιεμεαι A, sed altera ε del.* | *και A ιξ V ἶξ καὶ Mai*[2] *ἔτι καὶ Naber* | *σοφεις A οφσις V* | *δέ] δή Jacobs* | *τοὺς ἀκοντίους Leopardi τοὺς ἀκοντίας Buttmann ⟨κατὰ⟩ τὰ ἀκόντια Jacobs* || 8 *ουτω A* | *αττειν VA corr. Buttmann ἄγειν Mai*[1] | *⟨ἐπι⟩στροφὰς Mai*[1] || 9 *δὲ om. A* | *⟨τὴν⟩ εὐθεῖαν Jacobs ευθιαν V* || 10 *ᾄξῃ Buttmann αξηι A αξη V ἄξῃ Mai*[1] | *υπω A* | *ἢ om. V* | *απωλλονος V* || 11 *μνησετηρων βληθηντα A* || 12 *τρειε V* | *ἐμαυτῷ Mai*[2] *εμαυτω V εμαυτον A* || 13 *υηνης V* | *post ὄφεων V add. καὶ τὴν τῶν ἀκοντίων quod del. Naber* | *δὲ] δη V* || 14 *βηλων V* | *και αυτην A καταυτην V κα̣ταύτην Mai*[2] *καὶ ταύτην Jacobs* | *δὴ] δε V* || 15 *επαινεισαι Vm*[1] *θ add. m*[2] | *φέρει Mai*[1] || 16 *πλαγια V πλανα A* | *ita scripsi ἐῴ⟨η⟩, ἡ τετάρτη Dobson ἀπονεύειν ἐῷ Madvig απονευεινεωη VA ἀπονεύει Mai*[1] *ἀπονεύει ⟨π⟩νέω⟨ν⟩ Mai*[2] *ἀπονεύειν ἐᾷ̣ Jacobs* | *τεταρτε V* || 16—17 *ειηιαυτηεικωνκαιαυτη A ειηαυτηιεικωνκαιαυτηι V corr. Niebuhr εἴη ταύτη εἰκὼν καὶ αὐτὴ Mai*[1] *εἴη αὕτη εἰκὼν κα̣ταύτη Mai*[2] || 17 *τὸ] τε Mai*[1] *περὶ Leopardi* || 18 *ἂν] α V* | *μὴ] με A* || 20—22 *haec in marg. inf. V* || 21 ipsus *V* || 22 integr-] te *suprascr.*

Τίς ἂν οὖν εἰκὼν εὑρεθείη πιθανή; μάλιστα μὲν ἀνθρωπίνη, ἄμεινον δὲ 3
εἰ καὶ μουσική. εἰ | δ' αὖ καὶ φιλίας ἢ ἔρωτος αὐτῇ μετείη, μᾶλλον ἂν ἔτι V 165
ἡ εἰκὼν ἐοίκοι. τὸν Ὀρφέα φασὶν οἰμῶξαι ὀπίσω ἐπιστραφέντα· εἰ δὲ
κατ' εὐθὺ ἔβλεπέν τε καὶ ἐβάδιζεν, οὐκ ἂν ᾤμωξεν. ἅλις εἰκόνων. καὶ γὰρ
5 αὕτη τις ἀπίθανος ἡ τοῦ Ὀρφέως εἰκὼν ἐξ ᾅδου ἀνιμημένη.

Ἀπολογήσομαι δὲ τοὐντεῦθεν ἤδη ὅθεν ἂν ῥᾷστα συγγνώμης τύχοιμι. 4
τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ὅτι συγγράφων τὸ τοῦ βασιλέως ἐγκώμιον ἔπραττον
μὲν ὃ μάλιστα σοί τε καὶ τῷ σῷ παιδὶ κεχαρισμένον ἐστίν· ἔπειτα δὲ καὶ
ὑμῶν ἐμεμνήμην καὶ ὠνόμαζον ὑμᾶς ἐν τῷ συγγράμματι, ὥσπερ οἱ
10 ἐρασταὶ τοὺς φιλτάτους ὀνομάζουσιν ἐπὶ πάσῃ κύλικι. ἀλλὰ γὰρ τέχνωσις
τῶν εἰκόνων ἐπεισρεῖ καὶ ἐπιφύεται. αὕτη γοῦν παρεφάνη, ἣν ἐπὶ πάσαις
λέγω, ἥτις καὶ δικαιότατα εἰκὼν ἂν προσαγορεύοιτο οὖσα ἐκ ζωγρά|φου· (A 163)
τὸν Πρωτογένη τὸν ζωγράφον φασὶν ἕνδεκα ἔτεσιν τὸν Ἰάλυσον γράψαι,
μηδὲν ἕτερον ἐν τοῖς ἕνδεκα ἔτεσιν ἢ τὸν Ἰάλυσον γράφοντα. ἐμοὶ δὲ οὐχ
15 εἷς, δύο δὲ ἅμα Ἰαλύσῳ ἐγραφέσθην, οὐ δὴ τοῖν προσώποιν οὐδὲ ταῖν
μορφαῖν μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖν τρόποιν καὶ ταῖν ἀρεταῖν οὐ μετρίω ὄντε
ἄμφω οὐδὲ γράφεσθαι ῥᾳδίω, ἀλλ' ὁ μέν ἐστιν μέγας βασιλεὺς ἄρχων
πάσης τῆς γῆς καὶ θαλάττης, ὁ δὲ ἕτερος υἱὸς μεγάλου | βασιλέως,
ἐκείνου μὲν οὕτω παῖς ὥσπερ Ἀθάνα τοῦ Διός, σὸς δὲ υἱὸς ὡς τῆς Ἥρας
20 ὁ Ἥφαιστος· ἀπέστω δὲ τὸ τῶν ποδῶν ταύτης τῆς τοῦ Ἡφαίστου εἰκόνος.
ἡ μὲν οὖν ἀπολογία αὕτη ἂν εἴη πάνυ τις εἰκαστικὴ γενομένη καὶ γραφικὴ
εἰκόνων ἔκπλεως αὐτή.

3 *cf. Orphicorum fr. 62—66 Kern* || 20 *cf. Hom. Il. I 600*

1 ἂν *om. V* | ανθρωπινηι *V* | αμινον *V* || 2 και φιλιας η *V* φιλιας και *A* | ερωντος *V* | αὐτῇ *Niebuhr* αὐτὴ *V A Mai*[2] αὕτη *Naber* | μετειη *A* μετείλη *V Mai*[2] μετεῖχε *Naber* | ἂν] ναν *V sed* ν *del.* || 2.3 ετι η *A* ειη *V* εἰ ἡ *Mai*[2] || 3 εἴη εἰκὼν ἐοικυῖα *Jacobs* | ηπιστραφεντα *V* || 4 ωμωξεν *VA* | εικονον *A* || 5 αὕτη *Niebuhr* αὐτὴ *Mai*[1] | εἰκὼν ⟨ἡ⟩ *Mai*[2] | αδου *V* | ἀνιμημένη *Naber* ανημειμενη *A* ανειμενη *V* || 6 ἤδη ὅθεν *om. A* | συγγνωμης *V* | τυχοσμι *V* || 7 συνγραφων *A* συγραφων *V* | ενκωμιον *A* || 8 ⟨πρῶτον⟩ μὲν *Brakman* μὲν *om. V* | τω σω *V* || 9 καὶ] κατ *V* | ὠνόμαζον *scripsi* ωνομαζοντε *A Mai* ονομαζθιε *vel* ονομαζενε *Vm*[1] *ultimam* ε *del. vid. m*[2] ὠνόμαζον δὲ *Heindorf* ὠνόμαζόν γε *ego olim* | τω *V* || 10 παση *V* | κυλινι (ν *incerta*) *V* | τεχνωσις *A* τεκνωσις *vel* τεχνωσις *V* || 11 επεισρι *V* | πασες *V* || 12 λεγω *A* λεξω *V* δείξω *Jacobs* | δικαιοτατη *V* | προσαγορευοτιο *V* || 13 ζογραφον φησιν *A* || 14 μεδεν *A* | εδεκα *V* | δὲ *om. A* || 15 ἅμα] αμ *V* | δὴ] δε *A* || 16 μοναιν *A* | την αρετην *V* | τὸν τρόπον καὶ τὴν ἀρετὴν *Jacobs* | μητριω *A* | ὄντε *A m*[2] ντε *m*[1] || 17 αμφι ουδει γραφεσθαι ραδιω αλλω μεν εστιν *V* αμφω αλλο μεν εστιν *A corr. Jacobs* ἀμφὶ οὗ δεῖ γράφεσθαι ῥᾳδίω *Mai*[2] || 18 τῆς *om. V* | θαλασσης *V* | ὁ δὲ] ουδε *V* οδη *A corr. Mai*[1] | μεγάλου] ου *add. Vm*[2]; *hucusque V 165; sequitur lac. quattuor pag., ut vid., in quat. IV, quarum prima suppletur ex A 163 et 164* || 19 οσπερ *A* | Ἀθηνᾶ *Mai*[1] | δὲ υἱὸς *Heindorf* δεσωνιος *m supra* σων *scr.* …ς *m*[2] (*fort.* υιος *b*) δ' ἐξ ὠδῖνος *Jacobs* δὲ ὢν υἱὸς *Peyron* δὲ ἴδιος *vel* δ' ἐξόχως *Naber* δὲ υἱωνὸς *Ellis* || 20 δὲ τὸ *Jacobs* δετε *A* δ' ἕνεκα *Buttmann* δ' ἤδη *Anon 1817* || 21 αὕτη *Niebuhr* αὐτὴ *Mai*[1] | γενομηνη *A* || 22 ἔμπλεως *Mai*[2] | αὐτή *Mai*[1] αὕτη *Naber* εὖ *Brakman*

5 *Μάλ' ἔτι κατὰ τοὺς γεωμέτρας αἰτήσομαι· τὸ ποῖον; εἴ τι τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταύταις εἴη ἄκυρον ἢ βάρβαρον ἢ ἄλλως ἀδόκιμον ἢ μὴ πάνυ Ἀττικόν, ἀμ⟨ελεῖν μὲν⟩ τοῦ ὀνόματος σ' ἀξιῶ, τὴν ⟨δὲ⟩ διάνοιαν σκοπεῖν αὐτὴν καθ' αὐτήν· οἶσθα γὰρ ὅτι ἐν αὐτοῖς ὀνόμασιν καὶ αὐτῇ διαλέκτῳ διατρίβω. καὶ γὰρ τὸν Σκύθην ἐκεῖνον τὸν Ἀνάχαρσιν οὐ πάνυ* 5 *τι ἀττικίσαι φασίν, ἐπαινεθῆναι δ' ἐκ τῆς διανοίας καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. παραβαλῶ δὴ ἐμαυτὸν Ἀναχάρσιδι, οὐ μὰ Δία κατὰ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ* (A 164) *κατὰ τὸ βάρβαρος ὁμοίως εἶναι. | ἦν γὰρ ὁ μὲν Σκύθης τῶν νομάδων Σκυθῶν, ἐγὼ δὲ Λίβυς τῶν Λιβύων τῶν νομάδων. κοινὸν δὲ ἦν τὸ νέμεσθαι ἐμοί τε καὶ Ἀναχάρσιδι· κοινὸν οὖν ἔσται καὶ τὸ βληχᾶσθαι* 10 *νεμομένοις, ὅπως ἂν τις βληχήσηται. οὕτως μὲν δὴ καὶ τὸ βαρβαρίζειν τῷ βληχᾶσθαι προσῄκασα. οὐκοῦν παύσομαι μηδὲν ἕτερον γράφων ἀλλὰ εἰκόνας.*

† † †

4. ⟨CAESARI SVO CONSVL⟩ 15

V 160 1 | Posterioribus litteris tuis, cur orationem in senatu non recitaverim, requisisti. at ego et edicto gratias agere domino meo patri tuo debeo, sed edictum quidem circensibus nostris proponam; cuius principium id ipsum erit: 'Qua die primum beneficio maximi principis ederem spectaculum gratissimum populo maximeque populare, tempestivom duxi 20 ⟨e⟩sse gratias agere, ut idem dies', hic aliqua sequatur Tulliana conclusio. orationem autem in senatu recitabo Augustis idibus. quaeras fortasse cur ⟨tam⟩ tarde? quoniam ego numquam ⟨quam⟩ primum

5 *sqq. cf. Anacharsis Epist. 1* || 8 *cf. Nachträge zu Otto, Sprichwörter 218 s. v. Thrax*

1 *ita A μάλ⟨α⟩. ἔτι Mai*[1] *et edd.* | *γεομετρας A* || 2 *αδοκιμων A* || 3 *ἀμελεῖν μὲν (vel ἀμελῶς ἔχειν) et δὲ scripsi α ΛΛ\ . . . ε \\ n αλλα . . . . h . . . . α b ἀνα⟨ττικ⟩ε⟨υ⟩τοῦ Dobson μὴ ⟨τοῦτ' ἀλλ⟩ὰ τοῦ Brakman* | *δὲ supplevi in lac. duarum fere litt. τήν⟨δε⟩ Studemund γε ego olim* || 4 *αὐτοῖς et αὐτῇ] ἄλλοις et ἄλλῃ Jacobs* || 5 *⟨οὐ⟩ διατρίβω Heindorf* || 6 *επεαινεθηναι A* | *ηνθυμηματων A* || 7 *παραβάλλω Leopardi* | *δὴ] δ' Mai*[1] | *αναρχαρσιδι A* | *τεν A* || 9 *Λίβυς] λιβους A* | *δὲ ἦν] δὴ Niebuhr* || 10 *αναρχαρσιδι A* || 11 *βληχησεται A corr. Bekker* || 12 *τω A* | *προσειкασα A corr. Wilamowitz* | *οὐκοῦν edd. οὔκουν Timpanaro cum signo interrog.* || 13 *ἀλλὰ] ἀλλ' ἢ Mai*[2] | *explicit epistula ut ex A 164 apparet* || 14 *tres fere pag. desunt* || 15 *inscriptio quam supplevi fuit in pag. praecedenti* Domino meo Caesari Fronto *Mai*[2] Domino meo *Haines* Caesari Aurelio domino meo consul tuus *Levens* || 16 *ecquid initio epistulae desit non liquet* || 18. 19 id ipsum *m*[1] *supra* -um *scr. m*[2] alaus (*i. e.* ipsa laus) || 19 quo *Haines* || 20. 21 duxi esse *Löfstedt* duxisse *V* ⟨me⟩ duxisse *vel* duxi me *Haines* || 21 sequetur *Orelli* || 23 tam *add. Orelli* ⟨ita⟩ *Hauler* cur tarde⟨m⟩ *Ebert* | non quam *Levens* | quam *add. Haupt* | primum *ante* quoniam *transp. Orelli*

officio sollemni quoquo modo fungi propero. sed, ut tecum agere debeo sine fuco et sine ambagibus, dicam quid cum animo meo reputem. divom Hadrianum avom tuom laudavi in senatu saepenumero studio inpenso et propenso quoque; et sunt orationes istae frequentes in om-
5 nium manibus. Hadrianum autem ego, quod bona venia pietatis tuae dictum sit, ut Martem Gradivom, ut Ditem patrem propitium et placatum magis volui quam amavi. quare? quia ad aman|dum fiducia aliqua V 159 opus est[a]) et familiaritate: quia fiducia mihi defuit, eo quem tantopere venerabar non sum ausus diligere. Antoninum vero ut solem, ut diem,
10 ut vitam, ut spiritum amo, diligo, amari me ab eo sentio. hunc nisi ita laudo, ut laudatio mea non in actis senatus abstrusa lateat, sed in manibus hominum oculisque versetur, ingratus sum etiam adversus te. tum, quod cursorem fugitivom ferunt dixisse, 'domino sexagena currebam; mihi centena, ut fugiam, curram'[b]), ego quoque, quom Hadrianum lauda-
15 bam, domino currebam; hodie autem mihi curro, mihi, inquam, meoque ingenio hanc orationem conscribo. ad meum igitur commodum faciam lente, otiose, clementer.

Tu si et valde properas, aliter te interim oblecta: basia patrem tuum, 2 amplectere, postremo ipse eum lauda. ceterum quidem in idus Augustas
20 tibi expectandum est ut quidvis, qualevis audias. vale, Caesar, et patrem 3 promerere; et si quid scribere vis, lente scribe.

5. MI ⟨FRONTO CONSVL⟩ AMPLISSIME

| Manus do: vicisti. tu plane omnis, qui umquam amatores fuerunt, V 174 1 vicisti amando. cape coronam atque etiam praeco pronuntiet palam pro
25 tuo tribunali victoriam istam tuam: *M. Κορνήλιος Φρόντων ὕπατος νικᾷ, στεφανοῦται τὸν ἀγῶνα τῶν μεγάλων φιλοτησίων.* at ego, quamquam

m² in margine[a]) quare? quia ad amandum aliqua fiducia opus est || [b]) cursor fugitivus dixit: sexagena domino currebam, cur mihi centena non curro ut fugiam?

2 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 104 s. v. fucus 2* | *cf. Sall. Iug. 70, 5* || 13 *sq. Otto, Sprichwörter s. v. cursor 1* || 23 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 183 s. v. manus 7*

3 tuom *m² ut vid.* tuum *m¹* || 4 frequenter *Haines* | omniom *V ut vid.* || 5 benia *V* || 7 volui] colui *Luc. Müller* | quare? quia] quid ita? *Schopen* || 8 ⟨quae⟩ quia *Studemund* || 11 laudo ut *Mai²* laudavi *m¹* laudo *m²* laudabo ut *Naber* laudaro ut *Bücheler* || 12 sum] sim *Naber* | te. tum] me. nam *Schopen* || 14 ut *m²* aut *m¹* | ut ⟨au⟩fugiam *vel* ⟨non⟩, ut fugiam *Hauler* | ⟨non⟩ curram *Orelli et ita Desrousseaux qui* ut fugiam *del.* || 18 et *del. vid. m² quae* id *suprascr. vid.* etsi *Hauler* || 19 agustas *m¹ corr. vid. m²* || 20 quidvis] quod vis *Orelli* || 22 mi *add. m²* | Fronto consul] *lac. suppl. Mai²* || 23 amatorum *Ebert* || 25 νειχα *A* || 26 μεγάλων] μεγα *add. m²*

superatus, tamen nihil de mea prothymia[a]) decessero aut defecero. igitur tu quidem me magis amabis quam ullus hominum ullum hominem amat; ego vero te, qui minorem vim in amando possideo, magis amabo quam ullus hominum te amat, magis denique quam tu temet ipsum amas. iam mihi cum Cratia certamen erit, quam timeo ut superare possim. nam 5 illius quidem, ut Plautus ait, 'amoris imber grandibus guttis non vestem modo permanavit, sed in medullam ultro fluit'.

2 Quas tu litteras te ad me existimas scripsisse! ausim dicere, quae me genuit atque aluit, nihil umquam tam iucundum tamque mellitum eam ad me scripsisse. neque hoc fit facundia aut eloquentia tua: alioqui non 10 V 173 modo mater mea, sed omnes qui | spirant, quod faciunt, confestim tibi cesserint. sed istae litterae ad me tuae neque disertae neque doctae, tanta benignitate scatentes, tanta adfectione abundantes, tanto amore lucentes, non satis proloqui possum, ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio fraglantissimo incitaverint, postremo, quod ait 15 Naevius, 'animum amore capitali[b]) conpleverint'.

3 Illa alia epistula tua, qua indicabas, cur tardius orationem, qua laudaturus es dominum meum, in senatu prolaturus esses, tanta me voluptate adfecit, ut temperare non potuerim (et videris tu an temere fecerim), quin eam ipsi patri meo recitarem. quanto opere autem eum iuverit, 20 nihil me oportet persequi, quom tu et illius summam benivolentiam et tuarum litterarum egregiam elegantiam noris. sed ex ea re longus sermo nobis super te exortus est, multo multoque longior quam tibi et quaestori tuo de me. itaque nec tibi dubito ibidem in foro diu tinnisse auriculas. conprobat igitur dominus meus et amat causas, propter quas recitationem 25 tuam in longiorem diem protulisti | † † †

m^2 *in margine* a) delectatione || b) amor capitalis

6 *sq. Plaut. fr. dubia IV Goetz; I Lindsay; cf. Most. 138 sqq.* || 16 *Naevius Com 136 Ribbeck*³ || 17 *p. 24, 15 sqq.* || 24 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 31*

1 superatus m^2 paratus m^1 || 2 mea magis ambis m^1 me magister amabis m^2 me, magister, magis *Schwierczina* mi magister, magis *Haines* || 3 habeo possideo m^1 habeo *del.* m^2 || 5 Cratia *Champlin* gratia *A* || 6 guttis grandibus *Schoell* | *supra* non *scr.* os *vel* us m^2 || 7 permanavit] perrepsit *Quicherat* | sed *fort. delendum Schoell* | fluit] *suprascr.* m^2 i(n) a(lio) pluit || 8 scribsisse *V* || 9 iucundum] dum *e corr.* m^2 || 11 faciunt *Klussmann* faciant *V* facient *Mai*² || 12 neque¹ m^2 denique m^1 || 13 ⟨at⟩ tanta *Eussner* || 15 flagrantissimo *Haines* | incitaverint] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) incenderint || 16 nevius *V* Novius *Ribbeck*¹ | ⟨ut⟩ animum *Bergk* | conpleverint *fort.* m^2 *et ita Mai*² -runt m^1 || 17 alia *add.* m^2 | orationem m^2 onirationem m^1 || 18 tanta'|e m^1 *i. e.* tantam e *supra* e *scr. vid.* m^2 t *i. e.* te || 19 ut m^2 ut et m^1 || 20 recitarem] m *add.* m^2 | quanto opere m^2 quantopere m^1 | iuverit m^1 -int m^2 || 21 quom *Mai*² quo m^1 cum m^2 || 23 questori *V* || 24 itidem *Eussner* || 26 *post V 173 quattuor pag. desunt*

6. ⟨M. AVRELIVS CAESAR CONSVLI SVO ET MAGISTRO SALVTEM⟩

1 † | sane si quid Graeci veteres tale scripserunt, viderint qui sciunt; ego, si fas est dicere, nec M. Porcium tam bene vituperantem quam tu laudasti usquam advorti. [a]) o si dominus meus satis laudari posset, profecto a te satis laudatus esset! *τοῦτο τὸ ἔργον οὐ γίνεται νῦν.* facilius quis Phidian, facilius Apellen, facilius denique ipsum Demosthenen imitatus fuerit aut ipsum Catonem quam hoc tam effectum et elaboratum opus. nihil ego umquam cultius, nihil antiquius, nihil conditius, nihil Latinius legi. o te hominem beatum hac eloquentia praeditum! o me hominem beatum huic magistro traditum! o *ἐπιχειρήματα*, o *τάξις*, o elegantia, o lepos, o venustas, o verba, o nitor, o argutiae, o kharites, o *ἄσκησις*, o omnia! ne valeam, nisi aliqua die virga in manibus tibi tradenda erat, diadema circumponendum, tribunal ponendum; tum praeco omnis nos citaret. quid 'nos' dico? omnis, inquam, philologos et disertos istos: eos tu singulos virga perduceres, verbis moneres. mihi adhuc nullus metus huius admonitionis erat: | multa supersunt ut in ludum tuum pedem introferam.

2 Haec cum summa festinatione ad te scribo; nam quom domini mei ad te epistulam mitterem tam benignam, quid meis longioribus litteris opus erat? igitur vale, decus eloquentiae Romanae, amicorum gloria, *μέγα πρᾶγμα*, homo iucundissime, consul amplissime, magister dulcissime. postea cavebis de me, praesertim in senatu, tam multa mentiri. **3** horribiliter scripsisti hanc orationem. o si ad singula capita caput tu⟨u⟩m basiare possem! *ἰσχυρῶς πάντων καταπεφρόνηκας.* hac oratione lecta frustra nos studemus, frustra laboramus, frustra nervos contendimus. vale semper, magister dulcissime.

m^2 in margine [a]) ⟨Marcum⟩ P⟨o⟩rcium tam bene ⟨vitu⟩perantem quam tu laudasti numquam adverti

20 *p. 161, 17* || **22** *cf. Demosth. 35, 15*

1 *supplevi* Aurelius Caesar Frontoni *Mai*^{2} M. Caesar consuli suo et magistro *Haines* || **3** qui m^2 quae m^1 || **4** tu m^2 tua m^1 || **5** o si] quodsi *Bücheler* | posset *ex* possit *corr.* m^1 || **6** *γεινεται* m^1 *corr.* m^2 || **7** demostenen *V* || **8** aut *add.* m^2 || **12** o verba, o nitor] o urbanitas *Cornelissen* | *χάριτες* *Luc. Müller* || **13** *post* virga *add.* aliqua m^2 | erit *Ehrenthal* || **16** perduceres] permulceres *Bücheler* percuteres *Fröhner* produceres *Brock* | verbis perduceres, virga moneres *Heraeus* || **19** quom m^1 cum m^2 || **24** tum *V corr. Mai*^{2} || **27** dulcissimae m^1 *corr. vid.* m^2 || **28** *lac. supplevi*

7. MAGISTRO MEO

Ego ab hora quarta et dimidia in hanc horam scripsi et Catonis multa legi et haec ad te eodem calamo scribo et te saluto et, quam commode agas, sciscitor. o quam diu te non vidi! | †

8. ⟨AMPLISSIMO CONSVLI MAGISTRO SVO M. CAESAR SALVTEM⟩ 5

A 102 1 † | adfinitate sociatum neque tutelae subditum, praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, 'omnes dant consilium vanum atque ad voluptatem omnia'; item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: 10

> qui data fide firmata fidentem fefellerint,
> subdoli subsentatores regi qui sunt proximi,
> qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo habent.

haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant, atenim nunc adfatim sunt 'quei et regum filiis', ut Naevius ait, 'linguis faveant 15 atque adnutent et subserviant'. merito ego, mi magister, fraglo; merito unum meum *σκοπόν* mihi constitui; merito unum hominem cogito, quom stilus in manus venit.

2 Hexametros meos iucundissime petis; quos ego quoque confestim misissem, si illos mecum haberem. nam librarius meus, quem tu nosti, 20 Anicetum dico, cum proficiscerer, nihil meorum scriptorum mecum misit. scit enim morbum meum et timuit ne, si venissent in potestatem, quod soleo facerem et in furnum dimitterem. sane istis hexametris prope nullum periculum | erat. ut enim verum magistro meo confitear, amo illos. A 101

3 Ego istic noctibus, confiteor, studeo, nam interdiu in theatro con- 25

8–9 *Ennius Scen. 378 Vahlen^{2}; fr. LX Trag. Ribbeck^{3}, Klotz* || **11–13** *Plaut. fr. Colax II Goetz, Lindsay* || **15–16** *Naevius Com. 111sq. Ribbeck^{3}*

2 horam] oram *V* octavam *Allen* || **4** *post V 167 duae pag. desunt* || **5–6** *suppl. Mai^{1}* M. Aurelius Caesar consuli suo et magistro salutem *Niebuhr* Consuli et magistro meo optimo *Mai^{2}* Marcus Caesar Frontoni consuli amplissimo *Haines* Frontoni meo optimo *Hauler* || **9** adque *A* | voluntatem *Luc. Müller* | plautus *m^{2}* duplatus *m^{1}* | egregiae *m^{1} corr. m^{2}* || **11** ⟨in⟩firmata *Bothe* | fefellerunt *Haines* || **12** subsentatores] *m^{2} in marg.* i(n) a(lio) subtentatores | proxumi *Goetz* || **13** animis *Anon 1817* animod *Bothe* animo ⟨autem⟩ *Ritschl* animos *Ellis* | habent] cavent *Schoell* || **15** quei et *m^{1}* qui *m^{2}* | nevius *V* Novius *Haines* || **16** adque *A* | et ⟨animis⟩ *Bücheler* ⟨ha⟩ut ⟨animis⟩ *Ribbeck^{2}* ⟨n⟩ec ⟨animis⟩ *vel* at ⟨sibi re⟩ *Ribbeck^{3}* et ⟨subdole⟩ *Hauler* | e⟨r⟩go *Niebuhr* | *post* magister *add.* ita *m^{2}* | flagro *Haines* || **21** scribtorum *A* || **23** et *del. Heindorf* | exametris *m^{1} corr. m^{2}* || **25** confiteor *supra* noctibus *add. m^{2} del. Mai^{1}*

sumitur. itaque minus ago vespera fatigatus, surgo luce dormitans. feci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis, sed cum leges 'sexaginta', inibi sunt et Novianae Atellaniolae et Scipionis oratiunculae, ne tu numerum nimis expavescas.

5 Polemonis tui quom meministi, rogo ne Horatii memineris, qui mihi **4** cum Pol⟨l⟩ione est emortuus.

Vale mi amicissime, vale mi amantissime, consul amplissime, magister **5** dulcissime, quem ego biennio iam non vidi. nam quod aiunt quidam duos menses interfuisse, tantum dies numerant. eritne quom te videbo?

10 9. AMPLISSIMO CONSVLI MAGISTRO SVO M. CAESAR SALVTEM

Anno abhinc tertio me commemini cum patre meo a vindemia redeuntem in agrum Pompei Falconis devertere. ibi me videre arborem multorum ramorum, quam ille suum nomen, catachannam,[a]) nominabat. sed 15 illa arbor mira et nova visa est mihi, in uno trunco omnia omnium ferme germina | †

10. ⟨M. AVRELIVS CAESAR CONSVLI SVO ET MAGISTRO SALVTEM⟩

A 110

† | deatur. Polemona ante hoc triduum declamantem audivimus, **1** 20 *ἵνα τι καὶ περὶ ἀνθρώπων λαλήσωμεν.* si quaeris quid visus sit mihi,

m² in margine [a]) arbor catacanna

1 *Charis. Ars Gramm. II p. 288, 17–20 Barwick* 'vespera' Sallustius Historiarum II (*frg. 60 M.*) et Aurelius Caesar ad Frontonem libro II: 'vespera fatigatus, luce dormitans'. Fronto vero ad Antoninum libro V (*p. 106, 19*): 'atenim vesperi in triduum mittam' || 5 *p. 20, 6 sqq.*

1 vespere *m¹* *m² in marg.* i(n) a(lio) vespera, *cf. Charisium* | surgo *supra* luce *add. m²* luce surgo *Haines* || 3 *supra* cum *scr.* tum *m² i. e.* tum cum | cum ⟨voluptate⟩ *Eussner* | legis *Niebuhr* | *ante* sexaginta *add.* libros *m²* | inibi *m¹* in eo *m²* | novianae et atellaniolae *A* et *del. Heindorf* Novianae et ⟨Pomponianae⟩ *Hertz* Naevianae et Atellaniolae *Rossi* || 5 quom *m²* quem *m¹* quoniam *Mai¹* || 6 polione *A corr. Philibert-Soupé* || 7 amplissimae *m¹ corr. m²* || 8 dulcissimae *m¹ corr. m²* | duos *m²* aduos *m¹* || 9 menses *m²* mones *m¹* | quom *m¹* cum *m²* || 13 ibi me] ibique *Baehrens* || 14 suum] Surum *Klussmann* | catachannam *m¹* catachansam *m²* catachenam *Unger* || 15 omnium ⟨ramorum⟩ *Anon TLL* | ferme] ferre *Anon1817* || 16 germina ⟨fructum continere *et alia*⟩ *suppl. Kessler* ⟨pomorum habens *vel* ferens⟩ *Elsperger* ⟨arborum ferens⟩ *Haines* | *post A 101 duae pag. deesse vid.* || 17–18 *supplevi* Verus Frontoni *Mai¹* Consuli suo et magistro *Niebuhr* Verus Frontoni magistro suo *Mai²* M. Caesar consuli amplissimo magistro suo *Haines* || 19 ⟨vi⟩deatur *Haines* || 20 τι] ι *suprascr. m¹* | *ἀνθρώπου Orth* | quaeris] a *add. m²*

accipe:[a]) videtur mihi agricola strenuus, summa sollertia praeditus latum fundum in sola segete frumenti et vitibus occupasse, ubi sane et fructus pulcherrimus et reditus uberrimus. sedenim nusquam in eo rure ficus Pompeiana vel holus Aricinum vel rosa Tarentina vel nemus amoenum vel densior lucus vel platanus umbrosa[b]): omnia ad usum magis quam ad 5 voluptatem, quaeque magis laudare oporteat, amare non libeat. satisne ego audaci consilio et iudicio temerario videar, cum de tantae gloriae viro existimo? sed quom me recordor tibi scribere, minus me audere quam tu velis arbitror.

2 Nos istic vehementer aestuamus. habes et hendecasyllabum ingenuum. 10
3 igitur priusquam poetare⟨i⟩ incipio, pausan tecum facio. desiderantissime homo et tuo Vero carissime, consul amplissime, magister dulcissime, vale mi semper anima dulcissima.

A 109 11. M. AVRELIVS CAESAR | CONSVLI SVO ET MAGISTRO SALVTEM 15

1 Postquam ad te proxime scripsi, postea nihil operae pretium quod ad te scriberetur aut quod cognitum ad aliquem modum iuvaret. nam **διὰ τῶν αὐτῶν** fere dies tramisimus: idem theatrum, idem odium, idem desiderium tuum. quid dico 'idem'? immo id cottidie novatur et gliscit et, quod ait Laberius de amore, suo modo *καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μούσῃ*, 'amor tuus 20 tam cito crescit quam porrus, tam firme quam palma'.[c]) hoc igitur ego ad desiderium verto, quod ille de amore ait.

m² in margine[a]) laus aeloquentiae solidae, cui desunt flores alicubi; latus fundus in sola segete frumenti et vitibus occupatur || [b]) ficus Pompeiana, olus Aricinum, rosa Tarentina, lucus densior, platanus umbrosa || [c]) amor tuus tam cito 25 crescit quam porrus, tam firme quam palma

1 *sqq. cf. Quint. Inst. 8, 3, 8* || 10 *M. Aurelius fr. 1 (Frag. Poet. Lat. Buechner)* || 20–21 *Laberius Com. 132 Ribbeck³; Otto, Sprichwörter s. v. porrus; Nachträge zu Otto, Sprichwörter 20 s. v. palma*

2 fundum ⟨fecundum⟩ *Eussner* | in sola] insola⟨tum⟩ *Fröhner* | frumenti et *m²* frumentum *m¹* || 4 holus *m¹* olus *m²* || 5 densior *probab. quam* densus *h* densus *ma n cf. marg.* | um|umbrosa *m¹* *prius* um *del. vid. m²* || 6 magis *del. vel* ingratiis *Orelli* quamvis *Cornelissen* || 7 ⟨uti⟩ videar *Orelli* | gloriae] i *add. m²* || 8 sed *add. m²* | quom *m²* quam *m¹* || 10 et] en *Heindorf* || 11 poetarei *Anon 1817* poetare *m¹* poetari *m²* | pausan *m¹* pausam *m²* *παῦσαν Heraeus* | ⟨vale⟩ desiderantissime *Mai¹* || 16 postea *corruptum putat Haines* | praetium *A* pretium ⟨fuit⟩ *Cramer* || 17 *διὰ*] dia *A* || 18 idem odeum *m²* item odium *m¹* *m² in marg.* i(n) a(lio) otium || 20 *ιδια A* || 21 quam¹ *m²* tam *m¹* | tam² *m²* quam *m¹* || 23 alicubi] ali *incertum*

Volo ad te plura scribere, sed nihil suppetit. ecce quod in animum 2
venit: encomiographos istic audimus, Graecos scilicet, sed miros mortales,
ut ego, qui a Graeca litteratura tantum absum quantum a terra Graecia
mons Caelius meus abest,[a]) tamen me sperem illis conparatum etiam
5 Theopompum aequiperare posse; nam hunc audio apud Graecos disertissimum natum esse. igitur paene me Opicum[b]) animantem ad Graecam
scripturam perpulerunt 'homines', ut Caecilius ait, 'incolumi scientia'. A 108

Caelum Neapolitanum plane commodum, | sed vehementer varium. in 3
singulis scripulis horarum frigidius aut tepidius aut torridius fit. iam-
10 primum media nox tepida, Laurentina; tum autem gallicinium frigidulum[c]), Lanuvinum; iam conticinnum atque matutinum[d]) atque diluculum
usque ad solis ortum gelidum, ad Algidum maxime; exin antemeridie
apricum, Tusculanum; tum meridies fervida, Puteolana; atenim ubi
sol lautum ad Oceanum profectus, fit demum caelum modestius, quod
15 genus Tiburtinum. id vespera et concubia nocte, 'dum se intempesta
nox', ut ait M. Porcius, 'praecipitat', eodem modo perseverat.

Sed quid ego, me qui paucula scripturum promisi, deliramenta Ma- 4
suriana congero? igitur vale, magister benignissime, consul amplissime,
et me quantum amas tantum desidera.

20 12. CAESARI SVO CONSVL

Meum fratrem beatum, qui vos in isto biduo viderit! at ego Romae
haereo conpedibus aureis vinctus, nec aliter kal. Sept. expecto quam
superstitiosi stellam, qua visa ieiunium polluant.[e]) vale, Caesar, decus
patriae et Romani nominis. vale, domine.

25 *m² in margine* [a]) a Graeca litteratura tantum absum quantum mons Caelius a terra Grecia || [b]) paene Opicum me || [c]) gallicinium frigidulum || [d]) conticinium adque matutinum || [e]) Romae hereo conpedibus aureis vinctus nec kalendas aliter expecto quam superstitiosi stellam, qua visa ieiunium pollunt

6 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 114 s. v. Opicus* || 7 *Caecilius Com. 282 Ribbeck³* || 11 *cf. Plaut. Asin. 685* || 15–16 *Cato, inc. libr. rel. p. 86 Jordan* || 22 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 84 s. v. aureus*

2 istic audimus] ic aud *e corr. m¹* | audiimus *Orelli* | miros] miseros *Cornelissen* || 5 aput *A* || 6 Opicum *fort. ex* upicum *corr. cf. marg.* | animantem] animarunt et *Cramer* animantes *Eussner* animatum *Ehrenthal* | ad] d *add. m²* || 7 scientia *ex* inscientia *corr.* || 8 plane] *m² in marg.* alibi sane || 9 torridius *Baehrens* horridius *A* || 10 frigidulum *add. m²* || 11 lanuvinum *m²* lanuinum *m¹* | conticinium *Anon1816 cf. marg.* || 12 exin *h* (n *supra lin. add.*) exim *ma n b* | ante meridie⟨m⟩ *Mai¹* || 14 lautum *m²* latum *m¹* latet *Niebuhr* lotum *Schopen* | profectus⟨t⟩ *Schopen* ⟨est⟩ *Haines* || 17 ego me qui] ego qui me *Mai²* egomet qui *Heraeus* | deliramenta *e* deleramenta *corr.* | Masuriana] Meneniana *Heraeus* || 18 congero] gero *add. m²* || 19 ames *Haines* || 22 hereo *A* || 23 polluant] solvant *Schopen cf. marg.* || 26 paene *incertum*

13. DOMINO MEO

A 107 1 | Cratiam meam misi ad diem natalem matris tuae celebrandum eique praecepi ut istic subsisteret, quoad ego venirem. eodem autem momento, quo consulatum eiuravero, vehiculum conscendam et ad vos pervolabo. interim Cratiae meae nullum a fame periculum fore fide mea spopondi: 5 mater enim tua particulas a te sibi missas cum clienta communicabit; neque est Cratia mea, ut causidicorum uxores feruntur, multi cibi. vel osculis solis matris tuae contenta vixerit. sed enim quid me fiet? ne osculum quidem usquam ullum est Romae residuum. omnes meae 2 fortunae, mea omnia gaudia Neapoli sunt. oro te, quis iste mos est pridie 10 magistratus eiurandi? quid quod ego paratus sum, dum ante plures dies eiurem, per plures deos iurare? quid est autem quod iuraturus sum me consulatu abire? ego vero etiam illud iuravero, me olim consulatu abire cupere, ut M. Aurelium conplectar.

14. CONSVLI ET MAGISTRO MEO OPTIMO 15

Hoc sane supererat, ut super cetera quae insigniter erga nos facis, etiam Cratiam mitteres huc | † †

† †

(A 164)

15. *ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ*

1 *Ἑκὼν ἑκὼν νὴ τοὺς θεοὺς καὶ πάνυ γε προθυμούμενος τὴν ἐμὴν* 20 *Κρατείαν ἐξέπεμψα συνεορτάσουσάν σοι τὰ γενέθλια, καὶ αὐτὸς ἂν ἀφικόμενος, εἰ ἐξῆν. ἀλλὰ ἐμοὶ μὲν ἐνποδὼν ἐστιν ἡ ἀρχὴ πρὸς τῷ ποδὶ ἤδη οὖσα. ὀλίγαι γὰρ ἡμέραι λοιπαὶ τῆς ἀρχῆς περιλείπονται καὶ μᾶλλόν*

2 Cratiam *Champlin* gratiam *A* || 5 Cratiae *Champlin* gratiae *A* || 6 paniculos *et* missos *Fröhner* || 7 Cratia *Champlin* gratia *A* || 10 fortunae de mea *A ut vid.* fortunae et mea *Mai*[1] | oro *m*[2] orio *m*[1] | iste *m*[2] isiste *m*[1] || 11 magistratus *m*[1] -tum *m*[2] -tu(u)m *Klussmann* || 12 deos *ex* dies *corr. m*[1] || 13 olim] hodie *Klussmann* || 17 Cratiam *Champlin* gratiam *A* | huc *add. m*[2] | *post A 107 in quaternionibus V et VI sex vel paulo plures pag. interierunt; epistula autem Graeca, quae hodie nonnisi in quatern. XLI et XLII legitur, hic locanda videtur, ita ut revera tres tantum vel quattuor pag. desint, cf. Proleg. XLIX* || 19 *inc. epistula in extremo laterc. priore A 164* || 21 *κρατειαν A Κραττίαν Mai*[1] | *συνεορτάζουσαν Mai*[2] || 22 *αφικομενως ει εξεν A* | *ἡ om. Mai*[2] | *πρὸς Niebuhr γιος h γιρος ma n γῦρος Mai*[1] | *ποδὶ] τέλει Niebuhr* | *πρὸς [τῷ] ποδὶ Wilamowitz* || 23 *ἤδη Niebuhr ηδεη A ἡδεῖα vel ἡδέη vel ἡδείη Leopardi ἧδε Naber ἤδη* <*λή*-*γ*>*ουσα Cassan*

τε ἄσχολοι διὰ τὰς λειτουργίας· ὧν ἀπαλλαγεὶς ἔοικα δραμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς τῶν τὸν στάδιον τρεχόντων πολὺ προθυμότερον· ὡς ἐκεῖνοί γε βραχύτατον χρόνον ἐπὶ τῆς ὕσπληγος ἐπιστάντες, ἔπειτα ἀφεῖνται τρέχειν, ἐγὼ δὲ τοῦτον ἤδη μῆνα δεύτερον εἴργομαι τοῦ πρὸς ὑμᾶς 5 *δρόμου.* **2** *ἐχρῆν δὲ ἄρα πάσας τὰς πανταχόθεν γυναῖκας ἐπὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀθροίζεσθαι καὶ ἑορτάζειν τὰ σὰ γενέθλια, πρώτας μὲν τῶν γυναικῶν τὰς φιλάνδρους καὶ φιλοτέκνους καὶ σώφρονας, δευτέρας δὲ ὅσαι ἄπλαστοι καὶ ἀψευδεῖς εἰσίν, τρίτας δὲ ἑορτάζειν τὰς εὐγνώμονας καὶ εὐπροσίτους καὶ* | (A 148) *εὐπροσηγόρους καὶ ἀτύφους. πολλαὶ δ' ἂν καὶ* 10 *ἄλλαι γυναικῶν τάξεις γένοιντο τῶν σοὶ μέρους τινὸς ἐπαίνου καὶ ἀρετῆς μετεχ⟨ουσ⟩ῶν, σοῦ μὲν ἁπάσας τὰς γυναικὶ πρεπούσας ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας κεκτημένης καὶ ἐπισταμένης, ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ τέχνας ἁπάσας κέκτηταί τε καὶ ἐπίσταται, τῶν ἄλλων δὲ γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς μέρος ἑκάστης ἐπισταμένης καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινουμένης, οἷος ὁ τῶν Μουσῶν* 15 *ἔπαινος ἐκ μιᾶς τέχνης καὶ καθ' ἑκάστην διῃρημένος.*

3 *Εἰ δ' ἦν ἐγὼ πρὸ θύρας εἰσαγωγεύς τις εἶναι λαχὼν τῶν τῆς ἑορτῆς ἀξίων, πρώτας ἂν Ὁμήρῳ πειθόμενος ἀπέκλεισα τὰς τὴν εὔνοιαν ψευδομένας καὶ πλαττομένας καὶ ἕτερον μέν τι κευθούσας ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ λεγούσας, ἅπαντα δὲ τὰ ἀπὸ γέλωτος μέχρι δακρύων προσποιουμένας. ὅ* 20 *τοι γέλως οὕτως τὸ πρὶν ἄδολος εἶναι πεφυκώς, ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας τῶν γελώντων ἐπιδεικνύειν, εἰς τοσοῦτον ἤδη περιέστηκε κακομηχανίας καὶ ἐνέδρας, ὡς καὶ τὰ χείλη κρύπτειν τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς προσγελώντων. γυναικεία δή τις αὕτη θεὸς παρὰ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν θρησκεύεται ἡ Ἀπάτη· τίς γοῦν Ἀφροδίτης τόκ⟨ος⟩ ἐκ πολλῶν τινων καὶ ποικίλων* 25 *θηλειῶν κατασκευασαμένης* | † (A 147)

| - - *ηλον* . . . . *ητο* * *πειρω* * * *κομ* - - | (A 146)

† †

17 *Hom. Il. IX 313* || 20 *sq. cf. Otto, Sprichwörter s. v. dens 3*

1 *τε] τι Heindorf* || 2 *ὡς] ὅμως primo, tum ut A Jacobs* || 3 *braχυτατον A* | *επιτα A* | *ἀφεῖνται] ἀφίενται Naber* || 5 *πανταχοδεν ma n -χοσεν s -χοοεν h* || 6 *εμεραν A* | *τον A* || 8 *οσοι A corr. Mai*[1] | *ἑορτάζειν del. v. Herwerden* || 11 *μετεχων A corr. Mai*[1] || 13 *ἐπὶ] ἔν τι Heindorf* || 16 *δ' ἦν Niebuhr δὴν Mai*[1] | *πρὸ θύρας Niebuhr πρὸ θύραις A Mai*[2] *πρὸ θύρης Mai*[1] *προθύραι⟨ο⟩ς Dobson* | *εισαγωγηυς A* || 21 *επιδικνυειν A* | *ηδε A ut vid.* | *περιεστεκε A* || 22 *χείλη ma χc\\ρη n* | *κρύπτειν] ῥάπτειν Haines* || 23 *δή] δέ Jacobs* | *αὕτη Niebuhr αὐτη Mai*[1] *ἄρτι Jacobs* || 24 *απαετη A* | *αφροδειτης A* | *τόκος] litt. incertas suppl. Mai*[1] | *τίς γ. Ἀ. τόκ⟨ος⟩ ὁ ἐκ π. τ. κ. π. θ. κατασκευασάμενος Mai*[1] *τῆς γοῦν etc. Niebuhr τῆς γοῦν Ἀ. ⟨ὁ⟩ τόκ⟨ος⟩ ἐκ π. τ. κ. π. θηρίων primo, postea τῆς γοῦν Ἀ. ⟨ὁ⟩ πόσ⟨ις⟩ ἐκ etc. Jacobs ⟨ἥ⟩τις γοῦν Ἀ. τόκ⟨ος⟩ ἐκ Naber* || 25 *θελειων A de θηλέων cogitaveris* || 25–27 *A 147 legi nequit; in priore laterc. A 146 nonnullas reliquias dispexit h. epist. Graeca explicit in primo versu alterius laterc. A 146; plures pag. desunt in quat. VI*

16. ⟨MAGISTRO MEO⟩

A 106 † | et meus me alipta faucibus urgebat. sed quae, inquis, fabula? ut pater meus a vineis domum se recepit, ego solito more equom inscendi et in viam profectus sum et paululum provectus. deinde ibi in via sic oves multae conglobatae adstabant, ut locis solet artis, et canes quattuor 5 et duo pastores, sed nihil praeterea. tum pastor unus ad alterum pastorem, postquam plusculos equites vidit, 'vide tibi istos equites', inquit 'nam illi solent maximas rapinationes facere'. ubi id audivi, calcar equo subpingo, ecum in ovis inigo.[a]) oves consternatae disperguntur; aliae alibi palantes balantesque oberrant. pastor furcam intorquet; furca in 10 equitem qui me sectabatur cadit. nos aufugimus. eo pacto qui metuebat, ne ovis amitteret, furcam perdidit. fabulam existimas? res vera est; at etiam plura erant quae de ea re scriberem, nisi iam me nuntius in balneum arcesseret. vale mi magister dulcissime, homo honestissime et rarissime, suavitas et caritas et voluptas mea. 15

17. MAGISTRO MEO

1 Cratia minor fecit quod Cratia maior facit, ut sollicitudinem nostram A 105 vel interim minuat vel iam omnino detergeat. | ego tibi de patrono meo M. Porcio gratias ago, quod eum crebro lectitas. tu mihi de C. Crispo timeo ut umquam gratias agere possis, nam uni M. Porcio me dedicavi atque 20 despondi atque delegavi. hoc etiam ipsum 'atque' unde putas? ex ipso furore. perendinus dies meus dies festus erit, si certe tu venis. vale, amicissime et rarissime homo, dulcissime magister.

*m*² *in margine*[a]) maximas rapinationes facere. calcar equo subpingo, ecum in ovis inigo 25

2 *cf. Sall. Cat. 52, 35; Otto, Sprichwörter s. v. fauces 1* || 21 *cf. Cato Orig. V 1 p. 21 Jordan; fr. 95a (Hist. Rom. Rel. Peter)*

1 *supplevi* M. Caesar magistro suo *Mai*¹ || 3 ut *m*² uit *m*¹ | vineis *ex* viniis *corr. m*¹ | domum *m*¹ domui *m*² || 5 ut locis solet arctis *Fröhner* ut locus solitarius *A* ut locis solitariis *Heindorf* et locus solitarius *Mai*² ut locis oviariis *Hildebrand* ut locis solet aridis *Klussmann* ut locis soli aversis *Eussner* ut fit locis solitariis *Cornelissen* ut locus solitarius esset invius *Novák* ut lucus solitarius *Schwierczina* || 6 sed] et *Heindorf* | preterea *m*¹ *corr. m*² || 7 vide tibi *m*² videbitibi *m*¹ viden inibi *Hildebrand* || 8 equos *A corr. Mai*¹ || 9 subpingo] suburgo *Ellis* || 12 existimat *m*¹ *corr. m*² || 13 *post* erant *duae vel tres litt. erasae* ⟨tibi⟩ *Hauler* | quae] *supra* u *scr. vid.* n *m*² | re *m*² rem *m*¹ || 17 Cratia (*bis*) *Champlin* gratia *A* | fecit *m*² efecit *m*¹ effecit *Mai*¹ efficit *Buttmann* efficiet *Heindorf* | facit *m*² fecit *m*¹ *Mai*¹, *Buttmann, Heindorf* | ut *m*² et *m*¹ etsi *Anon1817* || 21 deligavi *Fröhner* || 22 furore *m*¹ e *fort. del. m*² *quae tum* e *supra* e *scr.* furor *Mai*¹ furatus *Droz* ex ipsius ore *Novák* | perendinus *m*¹ paer- *m*² || 23 dulcissime] l *add. m*²


Die senatus huius magis hic futuri quam illuc venturi videmur. sed utrumque in ambiguo est. tu modo perendie veni, et fiat quod volt. semper mi vale, animus meus. mater mea te tuosque salutat.

18. MAGISTRO MEO

Tu cum sine me es, Catonem legis, at ego quom sine te sum, causidicos in undecimam horam audio. equidem velim istam noctem, quae sequitur, quam brevissimam esse. tanti est minus lucubrare, ut te maturius videam. vale mi magister dulcissime. mater mea te salutat. spiritum vix habeo, ita sum defessus.

19. ⟨M. CAESAR MAGIS⟩TRO SVO SALVTEM DICIT

Proficio: ista tua benignitate magnum mihi negotium peperisti. nam illa cottidie tua Lorium ventio, illa in serum expectatio |



⟨M. FRONTONIS EPISTVLARVM AD M. CAES. ET INVICEM LIBER III⟩

† † †

1. ⟨DOMINO MEO⟩

† | verborum honestatur, fit plane inpudens atque inpudica. denique idem tu, quom in senatu vel in contione populi dicendum fuit, nullo verbo remotiore usus es, nulla figura obscura aut insolenti: ut qui scias eloquentiam Caesaris tubae similem esse debere, non tibiarum, in quibus minus est soni, plus difficultatis.[a])

m^2 in margine[a]) eloquentia Caesaris tubae debet similis esse, non tibiae, ubi minus soni, plus difficultatis est

19 *cf. Plaut. Rud. 115* || 22 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. tuba*

1 die m^2 de m^1 *unde* de senatus huius ⟨consulto⟩ *Mai^1* | die senatus, idibus, magis *Orelli* || 2 perendie m^1 paer- m^2 || 10 *oblitterata suppl. Mai^2* || 11 proficiosta m^1 *supra alteram* o *scr.* i m^2 profecto ista *Mai^2* | perperisti m^1 *corr.* m^2 perfecisti *Haines* || 12 *post A 105 complures pag. desunt, cf. Proleg. XLIX* || 15–16 M. Cornelii Frontonis *etc. suppl. Mai^2* || 18 *supplevi* Caesari suo Fronto *Mai^2* || 19 ⟨oratio nisi gravitate⟩ verborum *Mai^2* ⟨exornatione⟩ verborum *praefero* || 20 tu *add.* m^2 tu⟨m⟩ *Studemund* || 21 aut m^2 ut m^1

2. AVRELIVS CAES. FRONTONI SVO SALVTEM

1 Saepe te mihi dixisse scio quaerere te, quid maxime faceres gratum mihi. id tempus nunc adest: nunc amorem erga te meum augere potes, si augeri potest. adpropinquat cognitio, in qua homines non modo orationem tuam benigne audituri, sed indignationem maligne spectaturi videntur. neque ullum video, qui te in hac re monere audeat. nam qui minus amici sunt, malunt te inspectare inconstantius agentem; qui autem magis amici sunt, metuunt ne adversario tuo amiciores esse videantur, si te ab accusatione eius propria tua abducant. tum autem, si quod tu in eam rem dictum elegantius meditatus es, per silentium (V 125) dictionem auferre tibi non sustinent. adeo sive | tu me temerarium consultorem sive audacem puerulum sive adversario tuo benivolentiorem esse existimabis, non propterea, quod rectius esse arbitrabor, pedetemptius tibi consulam. sed quid dixi 'consulam', qui id a te postulo et magno opere postulo et me, si inpetro, obligari tibi repromitto. et dices: 'quid? si lacessitus fuero, non eum simili dicto remunerabo?' at ex eo tibi maiorem laudem quaeris, si nec lacessitus quicquam responderis. verum si prior fecerit, respondenti tibi utcumque poterit ignosci; ut autem non inciperet postulavi ab eo et impetrasse me credo. utrumque enim vestrum pro suis quemque meritis diligo et scio illum quidem in avi mei P. Calvisii domo eruditum, me autem apud te eruditum. propterea maximam curam in animo meo habeo, uti quam honestissime negotium istud
2 odiosissimum transigatur. opto ut consilium conprobes, nam voluntatem conprobabis. ego certe minus sapienter magis scripsero, quam minus amice tacuero. vale mi Fronto carissime et amicissime.

(V 124) 3. | DOMINO MEO CAESARI FRONTO

1 Merito ego me devovi tibi, merito fructus vitae meae omnis in te ac tuo parente constitui. quid fieri amicius, quid iucundius, quid verius potest? aufer ista, obsecro, 'puerulum audacem' aut 'temerarium con-

2 scis *Haines* || **4** atpropinquat m^1 *corr.* m^2 || **5** spectaturi] tu *add.* m^2 || **6** audeant m^1 *corr.* m^2 || **7** spectare *Naber* | inconstantius] inconsideratius *Luc. Müller* || **8** amiciores] es *add.* m^2 || **10** es m^2 is *aut* ts m^1 | silentium *in* silentiun *corr. vid.* m^1 || **11** adeo *ma n* adeo *vel* ita *e corr.* m^2h ideo *vel* at ego *Ehrenthal* || **14.15** magno opere m^2 magnopere m^1 || **15** et² m^1 set m^2 || **17** quaeres *Naber* | verum] verbum *Ehrenthal* || **18** pprior *V* || **19** postulabi *V* || **20** pro m^2 que m^1 | meritis] m *add.* m^2 || **21** eruditum¹] educatum *Naber* nutritum *Cornelissen* | maximam m^2 -ma m^1 || **24** conprobabis] con *del.* m^2 *et Naber* | *supra* certe minus sapie *est corr.* m^2 *quae legi nequit* <nihilo>minus *Brakman* || **28** constitui m^2 constui *vel* consilii tui m^1

sultorem'. periculum est plane ne tu quicquam pueriliter aut inconsulte
suadeas! mihi crede, si tu vis (si minus, egomet mihi credam), seniorum
a te prudentiam exsuperari. denique in isto negotio tuum consilium ca- **2**
num et grave, meum vero puerile deprendo. quid enim opus est aequis et
5 iniquis spectaculum praebere? sive sit iste Herodes vir frugi et pudicus,
protelarei conviciis talem a me virum non est verum; sive nequam et
inprobus est, non aequa mihi cum eo certatio neque idem detrimenti ca-
pitur. omnis enim cum polluto conplexus, tametsi superes, commaculat.[a])
sed illud verius est, probum virum esse quem tu dignum tutela tua iudi-
10 cas. quod si umquam scissem, tum me di omnes male adflixint, si ego
verbo laedere ausus fuissem quemquam amicum tibi. nunc me velim pro **3**
tuo erga me amore, quo sum | beatissimus, in hac etiam parte consilio **V 123**
iuves. quin nihil extra causam dicere debeam quod Heroden laedat,
non dubito. sed ea quae in causa sunt (sunt autem atrocissima) quemad-
15 modum tractem, id ipsum est quod addubito et consilium posco: dicen-
dum est de hominibus liberis crudeliter verberatis et spoliatis, uno
vero etiam occiso; dicendum de filio impio et precum paternarum inme-
more; saevitia et avaritia exprobranda; carnifex quidam Herodes in hac
causa constituendus. quodsi in istis criminibus, quibus causa nititur,
20 putas debere me ex summis opibus adversarium urgere et premere, fac
me, domine optime et mihi dulcissime, consilii tui certiorem. si vero in
his quoque remittendum aliquid putas, quod tu suaseris, id optimum factu
ducam. illud quidem, ut dixi, firmum et ratum habeto, nihil extra causam
de moribus et cetera eius vita me dicturum. quodsi tibi videbitur servire
25 me causae debere, iam nunc admoneo ne me inmoderate usurum quidem
causae occasione: atrocia enim sunt crimina et atrociter dicenda; illa

m^2 *in margine*[a]) omnis enim cum polluto conplexus, tametsi superes, commaculat

Nachträge[a]) *zu Otto, Sprichwörter 94 s. v. aequus 1* || 7 *sq. cf. Otto, Sprichwörter s. v. scabies 1; s. v. mos*

1 aut *add.* m^2 || 5 praebere m^2 debere m^1 | prudicus m^1 *corr.* m^2 || 6 protelarei m^1 -ri m^2 | *supra* verum *est corr.* m^2 *quae legi nequit* | sive <et> *Studemund* || 7–8 certatio atque idem detrimen inde capitur *Hildebrand* || 7. 8 detrimenti capitur] discrimen suscipitur *Schopen* || 13 quin m^2 qui m^1 | *ante* Heroden *add.* in m^2 | ledat *V* || 14 que *V* | sunt (sunt autem *Niebuhr* sunt autem sunt *V* causa: sunt autem [sunt] *Cornelissen* sunt, sunt autem <sane> *Haines* sunt tamen sunt *Orth* || 15 quo de dubito *Eussner* || 17 *post* dicendum *add.* est m^2 | praecum *V* || 18 quidem *Hauler* | Herodes *del. Naber* || 19 *post* constituendus *add. fort.* ut m^2 (*num est?*) || 20 putas m^1 -tes m^2 || 22 putes *Haines* | factu *Schopen* factum *V* || 24 de *add.* m^2 | vitam edicturum m^1 *corr.* m^2 || 25 me ne *Naber* me non *Schenkl* | inmoderatae m^1 | *corr.* m^2 moderate *Brakman* | quidem m^2 quim m^1 opineris *vel* opinere *Klussmann* quidem *ante* usurum *transp. Schenkl* || 26 atrocitur *V corr. Mai*[2]

V 118 ipsa de laesis et spoliatis hominibus ita | a me dicentur, ut fel et bilem sapiant; sicubi Graeculum et indoctum dixero, non erit internecivum.

4 Vale, Caesar, et me, ut facis, ama plurimum. ego vero etiam litterulas tuas *δίς* amo, quare cupiam, ubi quid ad me scribes, tua manu scribas.

4. HAVE DOMINE

5

1 Clausa iam et obsignata epistula priore venit mihi in mentem fore uti ei, qui causam hanc agunt (acturi autem conplures videntur), dicant aliquid in Heroden inclementius; cui rei, quemadmodum me unum
2 putas, prospice. vale, domine, et vive, ut ego sim beatus. acturi videntur Capreolus, qui nunc abest, et Marcianus noster; videtur etiam Iulianus. 10

5. HAVE MI FRONTO CARISSIME

Iam hinc tibi, mi Fronto carissime, gratias ago habeoque, cum consilium meum non tantum non repudiasti, sed etiam conprobasti. de iis autem, quae per litteras amicissimas tuas consulis, ita existimo: omnia, quae ad causam quam tueris adtinent, plane proferunda; quae ad tuas 15
V 117 proprias adfectiones adtinent, licet iusta | et provocata sint, tamen reticenda. ita neque fidem in negotio pannychio neque modestiam in existimatione tua laeseris s . . . . meo an . . . . tis . . . . lis ceteri en . . . . mihi . . . . . . partam cueet dicant quae . . . at me enim una haec cura maxime exercet, ne quid tu tale 20 dicas, quod tuis moribus indignum, negotio inutile, circumstantibus reprehensibile videatur esse. vale mihi Fronto carissime et iucundissime mihi.

1 lesis *V* | et m^2 set m^1 | spoliatis] p *add.* m^2 | ⟨haud *vel* non⟩ ita *Timpanaro* | a m^2 ad m^1 || 2 internecium m^1 *corr.* m^2 || 4 *δίς* amo *scripsi* dis·amo (*puncto interiecto*) *V* disamo *vel* dissaviari cupiam (*vel* cupio) *Mai*[2] desavio *Hildebrand* dissavio *Haupt* decies (*vel* decem partibus) amo *Düntzer* diu savior *Brakman* Sis (*i. e.* si vis) amo *Hauler* deamo *Hanslik* | qare m^1 *corr.* m^2 || 7 agent *Naber* || 8–9 cui rei, qui (*vel* qum) admonendum me unum putas, prospice *Ebert* quemadmodum verum putas, prospice *Ehrenthal* | unum ⟨mederi (*vel* obsistere) posse⟩ putas *Timpanaro* unum putas, prospicere ⟨posse⟩? *Mariotti* unum putas ⟨prospicere⟩, prospice *Pescani* || 9 putes *Haines* | prospice m^1 prospicere m^2 | vive] iuva *Klussmann* vige *Haines* || 10 Marcianus] Maecianus *Philibert-Soupé* | videtur *bis scr.* m^1 *alterum del. vid.* m^2 | Iulianus *Fülles* villianus m^1 lullianus *fort.* m^2 Vivianus *Mai*[2] || 12 carissimae *V* | habeoque] h *add.* m^2 || 14 quae m^2 que m^1 || 15 quae[1]] que *V* | proferunda m^1 -enda m^2 || 17 neq(ue[1]) *an* nec *incertum* | pannychio] panucio (pannuceo) *Bücheler* *πανουργικῷ* *Haines* || 18 s . . . .] *fort.* sentios *h* | ang *vel* anc *h* || 19 partam *vel* partem *h* | |c|ue *vel* e|ue *h* || 20 *fort.* quae⟨rell⟩at *vel* quae⟨rell⟩as *Hauler* | maximae m^1 *corr. vid.* m^2 || 21 quod *incertum h* | moribus indignum, ⟨indignum⟩ negotio *Haupt* | inutile] invite *Philibert-Soupé* || 22 repraehensibile *V* || 22–23 esse – mihi *add.* m^2 || 22 mihi] mi *Haines*

6. DOMINO MEO

Ita faciam, domine, quom hoc tum omnia quod ad . u . m aut te velle intellexero. alia item omnia faciam teque oro et quaeso, ne umquam quod a me fieri volue⟨ris⟩ reticeas, sed ut nunc ⟨ap⟩tissima suadeas.
5 ita enim . . . . neque umquam fac . . . . adversus voluntatem tuam quicquam incipiam. malim etiam nuic . . . . pessiis in causa cuo . . . . in causa sunt, singillatim sunt, ut Ciceronis modum proferamus. nam cum in tantulum vel consultum cogunt versum, cupio praesertim quom par . . . sed pugna mi . . . . . es hoc modo transigi possit. quodsi agemus
10 perpetuis orationibus, licet extra causam nihil progrediar, tamen | et V 116 oculis acrioribus et voce vehementi et verbis gravibus utendum e⟨s⟩t. malim autem iam . . . hic digito irato quod alii . . . . hominem tuum laesisse, sed difficile est, ut istud ab eo inpetrari possit: dicitur enim cupidine agendi flagrare. nec reprehendo tamen ne hoc quidem, sed
15 vide, moneo, ne tibi ipsa illa quae in causa sunt infestius prolata videantur. verum et ipse suades inprimis fidei parendum: et si armis vel palaestrica ludas, ne has quidem ludicras exercitationes sine contentione confici posse. fac arbitr⟨eris⟩ et inedia disertis vel . . . . . tui plus adeo supta. et ratis . . . . s facundior lucta . . arna laudavi beatius Opicum
20 tuum.

19 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. Opicus*

2 quo(m) *vel* quo *h* quo. *ma n* | hoc m^1 huc m^2 | tum *scripsi* tuo (o *incerta*) *h* | ad *add.* m^2 | . u . m aut] cu . maut *vel* quam aut *h* vitam ut *ma n* || 3 alia — faciam *incertum* ⟨libenter⟩ *ante* faciam *add. Naber* ⟨missum⟩ *Eussner* ⟨uti⟩ *Haines* | tequae m^1 *corr.* m^2 || 4 *ita Hauler* volueris . . . . . . *ma n* voluere (*vel* volueres)|ticeas *h* (ticeas *incertum*) volueris ⟨taceas⟩ *Haines* ⟨abdas⟩ *Pescani* | ut *ma n* et *h* | aptissima] *lac. suppl. Hauler* tissima *incertum h* | suadeas *h* suades *ma n* || 5 *post* enim *fort.* exin *incertissimum h* || 6 nuic *vel* huic *h* | pessiis *vel* fessiis *h* | cuo *vel* suo *h* (*num* quom?) || 7 ciceronis *ma n* cicaero(*vel* i)nis *h* || 8 in tantulum] in t *incertum* | vel m^1 *suprascr.* m^2 in al(io) id (*probab. quam* in) | cogunt *vel* conunt *h* | versum] ver *et* m *incertum* valde *Pearce* | cupio *incertum* | quo(m) *vel* quo *h* quom *Rossbach* || 8—9 quum haec pugna mi⟨hi⟩ *Philibert-Soupé* || 9 par⟨tio⟩ *Hauler* | mi⟨nime⟩ *Haines* || 11 est] *lac. supplevi* || 12 malim *h incertum* nunc *legi* | iam *incertum h* nutu *Eussner* | hic m^2 hinc m^1 nunc *Pescani* | alii *incertum h* modeste *Haines* noto *Pescani* decet *dellaCorte* || 13 laesisse] laes *incertum h* fecisse *Pescani* tulisse *dellaCorte* | difficilest m^1 *corr.* m^2 || 15 vide . . . . . *h* . . . . moneo *legi* || 16 *post* vel *est spatium quattuor litt.* || 17 palestrica *V* | ludas] das *incertum* || 18—19 fac — laudavi] *omnia praeter* facundior *incertissima h*

7. MAGISTRO MEO

1 Quom tu quiescis et quod commodum valetudini sit facis, tum me recreavi. libenter et otiose age. sentio ergo: recte fecisti quod bracchio 2 curando operam dedisti. ego quoque hodie a septima in lectulo nonnihil egi, nam *εἰκόνας* decem ferme expedivi. ⟨in⟩ nona te socium et optionem 5 mihi sumo, nam minus secunda fuit in persequendo mihi. est autem V 115 quod in insula Aenaria intus lacus est; in eo lacu alia | insula est et ea quoque inhabitatur. *ἐνθένδ᾽ εἰκόνα ποιοῦμεν.* vale, dulcissima anima. domina mea te salutat.

8. DOMINO MEO 10

1 Imaginem quam te quaerere ais meque tibi socium ad quaerendum et optionem sumis, num moleste feres, si in tuo atque in tui patris sinu id futurum quaeram? ut illa in mari Ionio sive Tyrrhenico sive vero potius in Hadriatico mari, seu quod aliud est mare, eius nomen maris addito, igitur ut illa in mari insula Aenaria fluctus maritimos ipsa accipit atque 15 propulsat omnemque vim classium, praedonum, beluarum, procellarum ipsa perpetitur, intus autem in lacu aliam insulam protegit ab omnibus periculis ac difficultatibus tutam, omnium vero deliciarum voluptatumque participem, namque illa intus in lacu insula aeque undis alluitur, auras salubris aeque accipit, habitatur aeque, mare aeque prospectat, 20 item pater tuus imperii Romani molestias ac difficultates ipse perpetitur, te tutum intus in tranquillo sinu suo socium dignitatis gloriae honorum-

5 (= **12**) *cf. Plaut. Asin. 101*

2 *post* sit *est spatium duarum litt. vacuum h* u *b* ⟨t⟩u *Brakman* || **3** *ita scripsi* recreas et libenter *ma n* recreau'et libenter *b* recreaus'ilibenter (s *incerta*) *h* | ⟨mul⟩tum me recreas *Novák* | libenter] licenter *Luc. Müller* | et clementer et otiose age. censeo ergo recte te fecisse *Schopen* libenter te otiose agere sentio. ergo *Schaefer* libenter et otiose seis (= *si vis*). ergo *Sittl* age in lectulo. ergo *Klussmann* agere me sentio. ergo *Cornelissen* si libenter et otiose ages, sentio *Hauler* age. sentio, ergo *Pepe* || **5** ⟨l⟩egi *Mai*^{2} | in *add. Allen* nona⟨e⟩ *Haupt* || **7** ea *C. F. W. Müller et fort.* iam m^2 eo m^1 || **8** *ἐνθένδ᾽ Haupt* *ενθεμηνδ ma n* *ενθ . . . να b* *ενθενενδ h* *ἔνθε μὴν δ᾽ Mai*^{2} *ἔνθ᾽ ἐμὴν δ᾽ Naber* *ἐνθένδε τὴν Brakman* *ἐνθένδε τινὰ Haines* *ἔνθ᾽ ἐνάτην Heraeus* *ἔνθ᾽ ἐμὴν δ⟨εκάτην⟩ Hauler* | *ποιῶμεν Haupt* || **12** obtionem m^1 *corr.* m^2 | in tuo] in te *Ehrenthal* intus *Fröhner* || **12. 13** id futurum m^1 id fictum *vel* factum m^2*ma* fictum m^2*n* *secundam* u *del. et* t *suprascr.* m^2*h* efficturus *Schopen* abditam latitantem *Orelli* id idullium *Klussmann* effutire *Cornelissen* *del. Novák* furatum *vel* adfuturum *Studemund* || **13** illa] insula *Klussmann* | sive^1 m^2 sine m^1 | tyrennico *V* | sive vero m^2 sin vero m^1 vero *del. Schopen* || **14** seu m^2 se m^1 || **15** Aenaria *del. Klussmann* || **16** veluarum *V* || **17** lacu m^1 lacum m^2 || **19** alluitur m^2 alitur m^1 || **22** tutum] tectum *Bücheler* autem *vel* totum *Haines* | honorumque] bonorumque m^1 m^2 *in marg.* i(n) al(io) honorum

que omnium participem tutatur. igitur hac imagine multimodis uti potes ubi | patri tuo gratias ages, in qua oratione locupletissimum et copiosissimum te esse oportet. nihil est enim quod tu aut honestius aut verius aut libentius in omni vita tua dicas quam quod ad ornandas 5 patris tui laudes pertinebit. postea ego quamcumque *εἰκόνα* huc addidero, non aeque placebit tibi ut haec quae ad patrem tuum pertinet; tam hoc scio quam tu novisti. quamobrem ipse aliam *εἰκόνα* nullam adiciam, sed rationem, qua tute quaeras, ostendam. et, amem te, tu quas *εἰκόνας* in eandem rem demonstrata ratione quaesiveris et inveneris, mittito mihi, 10 ut, si fuerint scitae atque concinnae, gaudeam. iam primum quidem illud scis, *εἰκόνα* ei rei adsumi, ut aut ornet quid aut deturpet aut aequiperet aut deminuat aut ampliet aut ex minus credibili credibile efficiat. ubi nihil eorum usus erit, locus *εἰκόνος* non erit. postea ubi rei propositae imaginem scribes, ut, si pingeres, insignia animadverteres 15 eius rei cuius imaginem pingeres, item in scribendo facies. insignia autem cuiusque rei multis modis eliges: *τὰ ὁμογενῆ, τὰ ὁμοειδῆ, τὰ ὅλα, τὰ μέρη, τὰ ἴδια, τὰ διάφορα, τὰ ἀντικείμενα, τὰ ἑπόμενα | καὶ παρακολουθοῦντα, τὰ ὀνόματα,* ⟨*τὰ*⟩ *ἐνούσια, τὰ συμβεβηκότα, τὰ στοιχεῖα* et fere omnia ex quibus argumenta sumuntur; de quibus plerumque audisti, 20 cum *Θεοδώρου* locos *ἐπιχειρημάτων* tractaremus. eorum si quid memoriae tuae elapsum est, non inutile erit eadem nos denuo retractare, ubi tempus aderit. in hac *εἰκόνε*, quam de patre tuo teque depinxi, *ἕν τι τῶν συμβεβηκότων ἔλαβον, τὸ ὅμοιον τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς ἀπολαύσεως*. nunc tu per hasce vias ac semitas quas supra ostendi 25 quaeres, quonam modo Aenariam commodissime pervenias.

V 12 — 2 — V 121

20 *Theodorus ap. Quint. Inst. 3, 6, 36 et Augustin. Princ. rhet. p. 141* (*Rhet. Lat. min. Halm*)

1 igitur] ici *b* ic . . . . *h* *supra* hac *scr.* tur *m*[2]*b* | imaginem ultimodis *m*[1] *corr. m*[2] || **5** *ικονα V* | huc] huic *Haines* || **6** quae *m*[2] qua *m*[1] || **6–7** tam — novisti *add. m*[2] || **7** tu novisti] te novi *Hauler* | *ειкονα ex εικονας corr. m*[1] || **8** et amem te *add. m*[2] *haec post* gaudeam *transp. Eussner* ita amem te *v. Herwerden* et amittam te *Ebert* || **9** demonstrata] ta *add. m*[2] || **11** ei *del. Eussner* || **13** rei *m*[2] re *m*[1] || **13–14** re proposita eimaginem *Mai*[2] re proposita e⟨i rei⟩ imaginem *Ellis* | insigni *m*[1] a *fort. add. m*[2] || **16** *ομοειδ*h *V* || **17** *μερ*h *V* | *ἴδια*] *ἴσα Eussner* | *διάφορα*] *δ add. m*[2] | *τεπομενα m*[1] *α add. m*[2] | *παρακολλουθουντα m*[1] *sed fort. corr.* || **18** *ταο|νοματα m*[1] *τα|ονοματα m*[2] | *τὰ ἐνούσια scripsi* . . *οιορα m*[1]*h supra ρ scr. ει vel τα m*[2]*h τὰ ὅμοια Hauler* | *στοιχεια*|et *m*[2] *στοιχειαε*|t *m*[1] || **19** sumuntur *m*[1] adsumuntur *m*[2] | plerumque *m*[1] plerique *m*[2] || **20** *ἐπιχειρημάτων Mai*[2] *επιχειρ*h*ματα* tum *V* cum *et* tum *transp. Allen aut pro* tum *legit* una || **21** elapsum *m*[1] e *fort. del. m*[2] | retractare *Schopen et fort. iam m*[2] detractare *m*[1] || **22** ubi *fort. ex* tibi *corr.* | aderit] r *add. m*[2] | *εἰκόνι Orth* | depincsi *m*[2] depinsti *m*[1] || **23** *τυμβεβ*h*κοτων V corr. Mai*[2] | *τ*h*ς* (*bis*) *V* || **24** semitas *m*[2] *ut vid.* simitas *m*[1]

3 Mihi dolor cubiti haud multum sedatus est. vale, domine, cum ingenio 4 eximio. dominae meae matri tuae dic salutem. *τὴν δὲ ὅλην τῶν εἰκόνων τέχνην* alias diligentius et subtilius persequemur; nunc capita rerum attigi.

(A 136) 9. | HAVE MI MAGISTER OPTIME

1 Si quid somni redit post vigilias, de quibus questus es, oro te, scribe 5 mihi. et illud oro te: primum valetudini operam da, tum securim Tene- V 120 diam quam minaris abde aliquo ac reconde nec | tu consilium causarum agendarum dimiseris, aut tum simul omnia ora taceant.

2 Graece nescio quid ais te conpegisse, quod ut aeque pauca a te scripta placeat tibi. tune es qui me nuper concastigabas, quorsum Graece scribe- 10 rem? mihi vero nunc potissimum Graece scribundum est. 'quamobrem?' rogas. volo periculum facere, an id, quod non didici, facilius obsecundet mihi, quoniam quidem illud, quod didici, deserit. sed si me amares, misisses mihi istud novicium, quod placere ais. ego vero te vel invitum istic lego; et quidem hac re una vivo et resto. 15

3 Materiam cruentam misisti mihi. necdum legi Coelianum excerptum quod misisti nec legam priusquam sensus ipse venatus fuero.[a]) sed me Caesaris oratio unceis unguibus adtinet. nunc denique sentio, quantum operis sit ternos vel quinos versus in die etornare et aliquid diu scribere.

4 Vale, spiritus meus. ego non ardeam tuo amore, qui mihi hoc scrip- 20 (A 135) seris? quid faciam? non possum insistere.[b]) at mihi anno | priore datum fuit hoc eodem loco eodemque tempore matris desiderio peruri. id V 119 desiderium hoc anno tu mihi accendis. | salutat te domina mea.

m^2 *in margine*[a]) sensus et verba venari || [b]) - - laudata - -

6 *Otto, Sprichwörter s. v. Tenedius; Paroemiogr. Graeci I 214; 664* || 9 *p. 250, 8 sqq.* || 10 *cf. Plaut. Bacch. 497; 1175; Trin. 26* || 18 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 92 s. v. unguis 8*

2 domine m^1 *corr. fort.* m^2 || 3 *τεχνην* m^2 *τεμην vel τενην* m^1 || 4 *haec epist. bis legitur: et hic in quat. VII et in quat. XLII in Additamento sexta* | habe mihi *V* || 6 teneidiam *V*m^1 *sed corr.* m^2 || 7 *supra* abde *add.* callide m^2 | ac *A V*m^1 et *V*m^2 *ut vid.* || 8 dimiseris *V*m^2 *ut vid.* demiseris *V*m^1 *A* || 9 compegisse *A* | quod *A V*m^2 *om. V*m^1 | scribta *A* || 10 placeant *V* | quorsum *A*m^2 quorum *A*m^1 cur *V* || 11 nunc *V* quid *A* | scribundum *V*m^1 scribendum *V*m^2 *A* || 12 faceret *A* | obsecundet *A V*m^2 obsecundum *V*m^1 || 13 didici *A* dici *V* | amares *V* amas *A* || 14 mihi *V* mi *A* || 15 lego *V*m^2 *A* ego *V*m^1 | et quidem *A V*m^2 equidem *V*m^1 | una *A V*m^2 *om. V*m^1 | vibo et resto (t *add.* m^2) *V* egresu *A* aegre sum *Mai*[1] adquiesco *Haines* || 16 necdum *V* nec *A* | Caelianum *Peter* | excerptum *A* excertum *V* || 17 legam] reddam *Teuffel* || 18 unceis *V*m^1 uncis *V*m^2 *A* || 19 etornare (*i. e.* extornare) *V h* exornare *V ma n* ornare *A* tornare *Buttmann* detornare *Heraeus* | aliquid] tale quid *Ehrenthal* | diu⟨tini⟩ *vel* diu ⟨victurum⟩ *Heraeus* || 20 hoc scripseris *V* huc scribseris *A* || 21 datum] fatum *Ehrenthal* || 22 loco eodemque *om. V* | id *V*m^2 *A* ia *V*m^1 || 24 *ita A om. V*

10. HAVE MI MAGISTER OPTIME

Scio natali die quoiusque pro eo, quoius is dies natalis est, amicos vota **1**
suscipere; ego tamen, quia te iuxta ut memet ipsum amo, volo hac die,
tuo natali, mihi bene precari. deos igitur omnis, qui usquam gentium vim
5 suam praesentem promptamque hominibus praebent, qui vel somniis vel
mysteriis vel medicina vel oraculis usquam iuvant atque pollent, eorum
deorum unumquemque mihi votis advoco meque pro genere cuiusque
voti in eo loco constituo de quo deus ei rei praeditus facilius exaudiat.
igitur iam primum Pergamei arcem ascendo et Aesculapio supplico uti **2**
10 valetudinem magistri mei bene temperet vehementerque tueatur. inde
Athenas degredior, Minervam genibus nixus obsecro atque oro, si quid
ego umquam litterarum sciam, ut id potissimum ex Frontonis ore in
pectus meum commigret. nunc redeo Romam deosque viales et promari-
nos votis inploro, uti mihi omne iter tua praesentia comitatum sit neque
15 ego tam saepe tam saevo desiderio fatiger. postremo omnis omnium |
populorum praesides deos atque ipsum Iovem, qui Capitolium montem **V 114**
strepit, quaeso tribuat hoc nobis, ut istum diem quo mihi natus es tecum
firmo te laetoque concelebrem.

Vale, mi dulcissime et carissime magister. rogo, corpus cura, ut, quom **3**
20 venero, videam te. domina mea te salutat.

11. DOMINO MEO

Omnia nobis prospera sunt, quom tu pro nobis optas; neque enim
quisquam dignior alius te qui a dis quae petit inpetret; nisi quod ego
cum pro te precor, nemo alius te dignior est pro quo impetretur. vale,
25 domine dulcissime. dominam saluta.

13 *cf. Plaut. Merc. 865*

3 ut *Novák* aut *V* ac *Mai*^{2} atque *Schwierczina* | hac] hoc *Haines* || 4 praecari *V* || 5 promptamquem *V corr. Mai*^{2} | somniis m^2 somnis m^1 || 9 pergamei m^2 -mi m^1 | aaesculapio m^1 *corr.* m^2 || 10 clementerque *Orelli* || 11 digredior *Bücheler* || 12 ⟨re⟩sciam *Eussner* || 12.13 in pectus m^2 inspectus m^1 || 13 permarinos *Hudemann* || 14 iter m^2 inter m^1 | tua *add.* m^2 || 16 Iovem *Cornelissen* locum m^1 lucum m^2 | montem] nostrum *Cornelissen* || 17 strepit] instrepit *vel* astrepit *Orelli* saepit *Haupt qui* lucum *legunt* servat *Cornelissen* | es m^2 *ut vid.* est m^1 || 18 firmo te] firmato *Cornelissen* || 19 carissimae m^1 *corr.* m^2 || 20 te ⟨valentem⟩ *Allen* || 23 que *V* || 24 praecor *V*

12. DOMINO MEO

1 Cratia ad me heri nocte venit. sed pro Cratia mihi fuit quod tu gnomas[a]) egregie convertisti, hanc quidem, quam hodie accepi, prope perfecte, ut poni in libro Sallustii possit nec discrepet aut quicquam decedat. ego beatus, hilaris, sanus, iuvenis denique fio, quom tu ita proficis. est grave 5 quod postulabo, sed quod ipse mihi et profuisse memini, non potest quin a te quoque postulem. bis et ter eandem convertito, ita ut fecisti in illa V 113 gnome brevicula. igitur longiores quoque | bis ac ter converte naviter, audacter. quodcumque ausus fueris, cum isto ingenio perficies; at enim cum labore: laboriosum quidem negotium concupisti, sed pulcrum et 10 novum et paucis impetratum de . . . . in me recips . . icula donec . . . . .
2 perfecte absolveris. plurimum tibi in oratione facienda prodest tum certe quidem cottidie ⟨excerpere aut⟩ ex Iugurtha aut ex Catilina. diis propitiis quom Romam reverteris, exigam a te de⟨nuo ver⟩sus diurnos. dominam matrem saluta. 15

13. MAGISTRO MEO

1 Duas per id tempus epistulas tuas accepi. earum altera me increpabas et temere sententiam scripsisse arguebas, altera vero tuere studium meum laude nitebaris. adiuro tamen tibi meam, meae matris, tuam salutem mihi plus gaudii in animo coortum esse illis tuis prioribus litteris meque 20 saepius exclamasse inter legendum: 'o me felicem!' 'itane', dicet aliquis, 'felicem te ais, si est qui te doceat, quomodo γνώμην sollertius, dilucidius, brevius, politius scribas?' non hoc est quod me felicem nuncupo. quid V 112 est igitur? quod verum dicere ex te disco. ea res, verum | dicere, prorsum diis hominibusque ardua: nullum denique tam veriloquum oraculum 25

m² in margine[a]) gnomas

17 *cf. p. 35, 18; 44, 1; 56, 5*

2 Cratia (*bis*) *Champlin* gratia *V* | pro] prae *Hauler* || 4 discedat *Eussner* || 6 mihi et] mihimet *Mai²* || 7 quoque *Mai²* quodque *V* || 11 novum *legi* re⟨ctum⟩ *ma n h* re⟨motum⟩ *Schwierczina spatium excedens* | de . . . . *ma n* del . . . (*fort.* de his) *incertum h* | in me re . . . . . . abula d . . . . perfecte *ma n* in me recip (*m¹* decip *m²*) s . . icula (*fort.* cipula) a . . . . perfecte *vel* in me ac turm . . s . . bula donec . . . . . perfecte *h* || 12 absolberis *V* | prodest *incertum h* || 13 excerpere aut *supplevi spatii causa* excerpere *iam Eussner in lac. fort. fuit* oratio *h* || 14 *lac. suppl. Mai²* || 17 id⟨em⟩ *Orelli* || 18 scripsisse *m¹* exscripsisse *m²* || 18–19 altera posteriore studium meum laude cumulas *Klussmann* || 18 tueri *Haupt* tuerei *Pescani* acuere *Madvig* || 22 ais *incertum* | γνωμhν *V* || 23 quod] quo *Eussner* || 24 dicere – verum *add. m²* *alterum* verum dicere *del. Cornelissen*

est, quin aliquid ancipitis in se vel obliqui vel inpediti habeat, quo inprudentior inretiatur et ad voluntatem suam dictum opinatus captionem post tempus ac negotium sentiat. sed ista res lucrosa est et pla⟨ne⟩ mos talia tantum pio errore et vanitate ex⟨cus⟩are. at tuae seu accusationes
5 seu lora confestim ipsam viam ostendunt sine fraude et inventis verbis. itaque haberem etiam gratias agere, vel si verum me dicere satius simul et audire verum me doces. duplex igitur pretium solvatur, pendere quod ne valeam ⟨elabora⟩bis. sei resolvi vis nil, quomodo tibi par pari expendam nisi obsequio? inpius tamen mihi malui te nimia motum cura
10 . . . .

E . . . . minitando postquam . . . . . . nam et acuit me et scribendo **2** ac legendo ad ea et excerpendo . . . . i . . . . . tota e . . . on . . . lego . . . . insecatas paulatim . . . nmi . . . etsi . . . . est enim . . . . qui laborem hic facilluma gloria pericl . . . .

15 Vale mi . . . . ne . . . . im . . . . et optime, magister **3** optime, gratissim⟨e⟩ . . . . quantum te invenisse | gaudeo. domina mea **V 111** te salutat.

14. DOMINO MEO

Quod poetis concessum est *ὀνοματοποιεῖν*, verba nova fingere, quo **1**
20 facilius quod sentiunt exprimant, id mihi necessarium est ad gaudium

3 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. tempus 5* || 8 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. par 3*

1 in se *incertum* || 3 ac m^1 et m^2 | sentiat m^2 -tias m^1 | res lucrosa (*vel* lugiosa) m^2 via ludiosa m^1 via lucrosa *Hauler* | pla⟨ne⟩ m^1 praeter⟨ea⟩ m^2 (*lac. suppl. Hauler*) || 4 tantum ut pio m^1 *sed* ut *del.* | excusare (*lac. suppl. Hauler*) *et* tuae *add.* m^2 || 6 haberem m^2 deberem m^1 | vel *ex* tibi *corr. vid.* | agere tibi si verum me dicere ⟨tantum doceres⟩. at tu simul *Housman* dicere ⟨doceres⟩: satius ⟨si⟩ simul *Timpanaro* || 7 audire verum] re verum *e corr.* m^2 | praetium *V* | pendere *add.* m^2 || 8 elaborabis] . . . . bis *add.* m^2 *lac. suppl. Hauler* | sei m^1 si m^2 | resolvi vis *ex* remiseris *corr.* m^1 | quomodo *incertum* | par pari *vel* pari par *h* || 9 tamen *e corr. vid.* m^2 || 11 E] *inc. novum capit. V* || 11–16 *tota haec incerta h, pauca apud ma, apud n nihil* || 11 minitando *vel* mihintando *h* . . . . die *ma* | nam et *h* vacui *ma* die⟨s isti quom essent⟩ vacui *Haines* | acuit *h* icuit *ma* ⟨l⟩icuit *Mai²* | et scribendo *h* . . . . . . bene et *ma* || 12 excerpendo *h* excerpere *ma* | . . . . i .] provid *vel* occia *h* | tota *vel* tuta *h* | e . . . on . . .] ego con . . . *vel* e . . quoniam *vel* canecin . . . *h* || 12–13 lego *et* insecatas *incertissimum h* || 13 paulatim *ma h* | . . . nmi *ma h* *fort.* tam mimi *h* | etsi *incertissimum h* | est enim *ma* est enim *vel* est etam *h* || 14 qui laborem hic *ma h* | facilluma gloria *h* rect . . . . oria *ma* | pericl *h* per . . . *ma* || 15–16 vale — invenisse *add.* m^2 || 15 vale mi *ma* vale mi *vel* valeas *h* | ne . . . . im] ne . . . . . . *ma* necissim *vel* necessim *vel* nec tibi me *h* | et optime *ma h* | magister *incertum h* || 16 optime *ma h* | gratissime *scripsi* oratisicm *h* oratosicm *ma* | quantum *scripsi* uiatu *vel* utate *h* | te invenisse *h* . . . . venisse *ma* || 19 *ονοματοπιοιειν V* | verba *bis legitur in V* | verba nova fingere *del. Desrousseaux* || 20 at *V*

meum expromendum, nam solitis et usitatis verbis non sum contentus,
sed laetius gaudeo quam ut sermone volgato significare laetitiam animi
mei possim: tot mihi a te in tam paucis diebus epistulas scriptas easque
tam eleganter, tam amice, tam blande, tam effuse, tam fraglanter con-
positas, cum iam tot negotiis quot officiis, quot rescribendis per provin- 5
2 cias litteris distringerere. atenim proposueram (nihil enim mihi a te
occultum aut dissimulatum retinere fas est) ita, inquam, proposueram
vel desidiae culpam a te subire rarius scribendo tibi potius quam te
multis rebus occupatum epistulis meis onerarem et ad rescribendum
⟨pr⟩ovocarem, quom tu cotidie ultro scripsisti mihi. sed quid dico 10
'cotidie'? ergo iam hic mihi *ὀνοματοποι⟨ί⟩ας* opus est. nam 'cotidie'
foret, si singulas epistulas per dies singulos scripsisses; quom vero plures
V 242 epistulae sint quam dies, | verbum istud 'cottidie' minus significat. nec
est, domine, quod mihi tristior sis, cur omnino veritus sim, ne tibi litterae
meae crebriores oneris essent: nam quo mei amantior es, tanto me labo- 15
rum tuorum parciorem et occupationum tuarum modestiorem esse
3 oportet. quid est mihi osculo tuo suavius! ille mihi suavis odor, ille
fructus in tuo collo atque osculo situs est. attamen proxime, cum profi-
ciscerere, cum iam pater tuus vehiculum conscendisset, te salutantium et
exosculantium turba diutius moraretur, profuit ut te solus ex omnibus 20
non complecterer nec exoscularer. item in ceteris aliis rebus omnibus
numquam equidem mea commoda tuis utilitatibus anteponam; quin si
opus sit, meo gravissimo labore atque negotio tuum levissimum et otium
4 redimam. igitur cogitans, quantum ex epistulis scribendis laboris caperes,
proposueram parcius te appellare, quom tu cotidie scripsisti mihi. quas 25
ego epistulas quom acciperem, simile patiebar quod amator patitur, qui
delicias suas videat currere ad se per iter asperum et periculosum. nam-
V 241 que is simul advenientem | gaudet, simul periculum reveretur. unde

1 exprimendum *Studemund* | et m^2 ei m^1 *ut vid.* || 2 sed laetius *scripsi* itaa ... tius *ma n* itaa ... m^1h *suprascr.* setislae m^2h *quod* set i(n) a(lio) lae(tius) *fuisse vid.* ita a⟨man⟩tius *Mai*^{2} ita a⟨rden⟩tius *Hildebrand* ita a⟨men⟩tius *Haines* ita a⟨vid⟩ius *Hauler* || 3 diebus] *supra* di *scr.* et m^2 || 4 effusae m^1 *corr.* m^2 | flagranter *Haines* || 5 cum iam *Brakman* cum clam *V* quamquam *Ehrenthal* cum tu iam *Schwierczina* | quot[1] *fort.* m^2 quod m^1 tot *Mai*^{2} | quot[2]] quod *V* tot *Mai*^{2} || 6 distringerere *Heraeus* destringerere m^2 destringere m^1 || 9 scribendum *Haines* || 10 provocarem] *lac. suppl. Mai*^{2} | quid m^2 *ut vid.* quod m^1 | dico *ma n* ego *incertum h* || 11 *ονοματοποιας V* *ὀνοματοποιίᾳ Novák* || 14 quod] cur *Eussner* | cur] quod *Eussner* qui *Cornelissen* || 15 oneris m^1 oneri *Eussner et fort. iam* m^2 | quo m^2 qua m^1 || 16 modestiarum *V corr. Mai*^{2} || 18 proximae m^1 *corr.* m^2 || 20 profuit] pro⟨pe⟩ fuit *Mai*^{2} pro! fuit *Klussmann* | ut *Mai*^{2} et *V* || 22 quin] quia *Haines* || 23 et otium m^1 et *fort. del.* m^2 et otium ⟨et negotium⟩ *Allen* || 25 quom – mihi *del. Schwierczina* || 26 acciperem] m *add.* m^2 || 28 advenientiam *Hildebrand* adveniente *Hauler* | reveretur *Jacobs* veneretur *V* veretur *Mai*^{2}

displicet mihi fabula histrionibus celebrata, ubi amans amantem puella iuvenem nocte lumine accenso stans in turri natantem in mare opperitur. nam ego potius te caruero, tametsi amore tuo ardeo, potius quam 'te ad hoc noctis natare tantum profundi patiar, ne luna occidat, ne ventus 5 lucernam interemat, ne quid ibi ex frigore inpliciscar⟨e⟩, ne fluctus, ne vadus, ne piscis aliquo noxsit'.[a]) haec ratio amantibus decuit et melior et salubrior fuit: non alieno capitali periculo sectari voluptatis usuram brevem ac paenitendam.

Nunc ut a fabula ad verum convertar, id ego non mediocriter anxius 5 10 eram, ⟨ne⟩ necessariis laboribus tuis ego insuper aliquod molestiae atque oneris inponerem, si praeter eas epistulas, quas ad plurimos necessario munere cotidie rescribis, ego quoque ad rescribendum fatigarem. nam me carere omni fructu amoris tui malim quam te ne minimum quidem incommodi voluptatis meae gratia subire.

15 15. MAGISTRO MEO

Epistula Ciceronis mirifice adfecit animum meum. miserat Brutus Ciceroni librum suum corrigen|⟨dum⟩ †

16. ⟨DOMINO MEO⟩

† | molliantur atque ita efficacius sine ulla ad animos offensione V 190 1 20 audientium penetrent. haec sunt profecto, quae tu putas obliqua et insincera et anxia et verae amicitiae minime adcommodata. at ego sine istis artibus omnem orationem absurdam et agrestem et incognitam,

m^2 in margine [a]) inpliciscar, vadus, noxit

1 *sqq. cf. Trag. Fr. p. LXX Ribbeck^3; om. Klotz; M. Bonaria, Romani Mimi, Romae 1965, 296* || **5** *cf. Plaut. Amph. 729* || **9** *cf. Otto, Sprichwörter s. v. fabula 3* || **16** *Cic. ad Att. XV 1b aut 4* || **21–22** *cf. Quint. Inst. 6, 3, 107*

2 mare⟨i⟩ *Ribbeck* mari *Ehrenthal* || **3** potius^1] prorsus *Haines* | potius^2 *del. Novák* || **3. 4** te ad] ted *C. F. W. Müller* || **5** ibi] tibi *Mai^2* febri *Bücheler* | ex] e *Bücheler* | inpliciscar *V corr. Bücheler* impliciscaris *Jacobs* inpliciscat *C. F. W. Müller* | fluctus *m^2* fructus *m^1* || **6** aliquo] aliqua *vel* aliqui *C. F. W. Müller* aliquod *Ebert* | ratio *Housman* oratio *V* | amantibus] amanti plus *Madvig* amandi *Housman* | et (*bis*) *fort. ex* ei *corr. m^2* || **7** ⟨res⟩ fuit *Pescani* || **9** ancxius *V* || **10** ne *add. Mai^2* | aliquod *m^2* aliquo *m^1* aliquid *Studemund* || **12** ego *repetit m^1 sed alterum del. vid. m^2* | fatigarem] instigarem *Bücheler* || **13** ne] vel *Studemund* || **17–19** *post V 241 duae pag. desunt* || **17–18** *suppl. Mai^2* || **19** ad *add. m^2* | offensione ad animos *Orth* | offensione *m^2* offensine *m^1* || **21** insincera *probab. quam* incerta *m^2* sincera *m^1* | anxia] ambigua *vel potius* λοξά *Orelli* astuta *Cornelissen* | amicitiae] mundicitiae *Hildebrand* (*voluit* munditiae) | minimae *m^1 corr. m^2* || **22** absurdam] absonam *Orth* | incognitam] inconditam *Mai^2* incom(p)tam *Timpanaro*

denique inertem atque inutilem puto. neque magis oratoribus arbitror necessaria eiusmodi artificia quam philosophis. in ea re non oratorum domesticis, quod dicitur, testimoniis utar, sed philosophorum eminentissimis, poetarum vetustissimis excellentissimisque, vitae denique cotidi-
2 anae usu atque cultu artiumque omnium experimentis. quidnam igitur 5
tibi videtur princeps ille sapientiae simul atque eloquentiae Socrates?[a]) huic enim primo ac potissimo testimonium apud te denuntiavi: eone usus genere dicendi, in quo nihil est oblicum, nihil interdum dissimulatum? quibus ille modis Protagoram et Polum et Thrasymachum et sophistas ceteros versare atque inretire solitus? quando autem aperta arte con- 10
gressus est? quando non ex insidiis adortus? quo ex homine nata inversa
V 189 oratio videtur, quam Graece *εἰρωνείαν*[b]) a|ppellant. Alcibiaden vero ceterosque adulescentis genere aut forma aut opibus feroces quo pacto appellare atque adfari solebat? per iurgium an per *πολιτείαν*, exprobrando acriter quae delinquerent an leniter arguendo? neque deerat 15
Socrati profecto gravitas aut vis, qua tum cynicus Diogenes volgo saeviebat; sed vidit profecto ingenia partim hominum ac praecipue adulescentium facilius comi atque adfabili oratione leniri quam acri violentaque superari. itaque non vineis neque arietibus errores adulescentium expugnabat, sed cuniculis subruebat, neque umquam ab eo audito- 20
res discessere lacerati, sed nonnumquam lacessiti.[c]) est enim genus hominum natura insectantibus indomitum, blandientibus conciliatum.[d]) quamobrem facilius precariis decedimus quam violentis deterremur[e]), plusque ad corrigendum promovent consilia quam iurgia. ita comitati monentium obsequimur, inclementiae obiurgantium obnitimur.[f]) 25

m² in margine[a]) de Socrate || [b]) princeps ille sapientiae simulque eloquentiae Socrates versare et inretire solitus erat. quando autem aperta arte congressus est? ex hoc homine nata est inversa oratio, quae ironia dicitur || [c]) a Socrate auditores discessere lacerati, sed numquam lacessiti || [d]) est enim genus humanum natura insectantibus indomitum, blandientibus conciliatum || [e]) facilius praecariis dece- 30
dimus quam violentis deterremur || [f]) plus ad corrigendum promovent consilia quam iurgia. ita comitati monentium obseqimur, inclementiae obiurgantium obnitimur

3 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 86 s. v. domesticus*

2 philosophis *m²* filosofis (*ex* pilosofis *corr.*) *m¹* || 3 set *V* || 6 illae *m¹ corr. m²* || 7 potissimo *m²* poetissimo *m¹* | aput *V* || 9 modis] nodis *Cornelissen* || 10 aperto ⟨M⟩arte *Klotz* || 12 graece ιρωνειαν *V* | Graeci *Mai²* || 14 adque *V* | *πολιτείαν Haupt* *πολιτιαν V* *γοητείαν Orelli* *παιδείαν v. Herwerden* *πολιτίαν vel* politian *Ehrenthal* || 16 quatum *m¹* quantum *m²* *m² in marg.* i(n) a(lio) quantam quanto *Orelli* quanta *Haupt* || 17 profecto *del. Haupt* || 18 comi *m²* comiti *m¹* | adque *V* | adfabili *m²* affabili *m¹* || 19 itaque *m¹* *m² in marg.* ita i(n) alio | viniis *V* || 23 praecariis *V* || 26 princeps] *altera* p *supra lin. add.* || 32 obseqimur *V*

17. DOMINO MEO

Quod tu me putes somnum cepisse, totam paene noctem pervigilavi 1
mecum ipse reputans, num forte nimio | amore tui remissius et clementius V 148
delictum aliquod tuum aestumarem; num tu ordinatior, perfectior iam
5 in eloquentia esse debueris, sed ingenium tuum vel desidia vel indiligentia
claudat. haec mecum anxie volutans inveniebam te multum supra
aetatem qua tu es, multum supra tempus quo operam his studiis dedisti,
multum etiam supra opinionem meam, quamquam ego de te sperem in-
modica, in eloquentia promovisse. sed quo? mihi tum demum venit nocte 2
10 media in mentem, qualem *ὑπόθεσιν* scribas, nimirum *ἐπιδεικτικήν*, qua
nihil est difficilius. cur? quia, cum sint tria ferme genera *ὑποθεσε⟨ω⟩ν*,
⟨ἐπιδεικτικῶν, συμβουλευτικῶν⟩, δικανικῶν, cetera illa multo sunt
proniora, multifaria⟨m⟩ procliva vel campestria, *τὸ ἐπιδεικτικόν* in
arduo situm. denique cum aeque tres quasi formulae sint orationis,
15 *ἰσχνόν, μέσον, ἁδρόν*[a]), prope nullus in epidicticis *τῷ ἰσχνῷ* locus, qui est
in dicis multum necessarius. omnia *ἐν τῷ ἐπιδεικτικῷ ἁδρῶς* dicenda,
ubique ornandum, ubique phaleris utendum, pauca *τῷ μέσῳ χαρακτῆρι*.
meministi autem tu plurimas lectiones, quibus usque adhuc versatus | 3
es, comoedias, Atellan⟨a⟩s, oratores veteres, quorum aut pauci aut V 147
20 praeter Catonem et Gracchum nemo tubam inflat; omnes autem mugiunt
vel stridunt potius.[b]) quid igitur Ennius egit, quem legisti? quid tragoediae
ad versum sublimiter faciundum te iuverunt? plerumque enim ad orati-
onem faciendam versus, ad versificandum oratio magis adiuvat.[c]) nunc

m^2 in margine[a]) *ἰσχνόν, μέσον, ἁδρόν* || [b]) oratores veteres praeter Catonem et
25 Gracchum nemo tubam inflat; omnes autem mugiunt vel stridunt potius || [c]) ple-
rumque enim ad orationem faciendam versus, ad versificandum oratio magis adiuvat

2 quod] quom *Orth* | cepisse *Mai*^{2} coepisse *V* || 4 delictum *Mai*^{2} dilec-
tum *V* | aestumarem m^2 aestumare m^1 aestumarim *Bücheler* | aestumarim,
cum tu *Orth* | ordinatior] ornatior *Haupt* | perfectior] pertinacior *Orth* || 5 elo-
quentiam m^1 *corr.* m^2 | sed] et *Orth* | sed ⟨ingenerata aliqua in⟩ ingenio *Allen* |
ingenium tuom *Haupt* ingenio tuo *V* || 6 claudat] illudat *Kiessling* claudas
Studemund qui ingenio tuo *legunt* || 7 qua tu es *Studemund* quantus est m^1 quan-
tum est m^2 quanta est *Mai*^{2} quanto est *Orelli* quantus es *Ellis* quantula est
Klussmann qua nunc es *v. Herwerden* || 9 eloquentiam *V corr. Mai*^{2} | quo? mihi
interp. Lana quo⟨d⟩ mihi *Haupt* || 10 *υποθεσ* inscribas *V corr. Mai*^{2} hypothe-
sim *Haines* scribis *Naber* | *επιδεικτικ*hν *V* || 11 *υποθεσεν V corr. Mai*^{2} || 12 *duo
verba add. Haupt* | multo *Mai*^{2} *et fort. iam* m^2 multa m^1 || 13 multifaria *V corr.
Haupt* | *επιδικτικον V* || 15 *τωισχνω V* || 16 in dicis *Crossley* indicia *V* in dica
vel in iudiciis *Mai*^{2} in dicanicis *Haupt* *ἐν δίκαις primo, tum* in iudiciariis *Novák*
in iudicia *Orth* in dicteria *Wölfflin* in indiciis *Hauler* | *τω επιδικτικω* m^2 *τω
επδικτικω* m^1 | *αdρως V* || 17 phaleris m^2 -res m^1 | *μεσω χαρακτερι V* || 18 tu
Mai^2 te *V* || 19 atellans *V* || 21 egit] effecit *Studemund* || 22 versum] verbum
Ehrenthal

nuper coepisti legere ornatas et pompaticas orationes: noli postulare statim eas imitari posse. verum, ut dixi, incumbamus, conitamur. me vade, me praede, me sponsore celeriter te in cacumine eloquentiae sistam; dii facient, dii favebunt.

4 Vale, domine, *καὶ ἔλπιζε καὶ εὐθύμει καὶ χρόνῳ καὶ ἐμπειρίᾳ πείθου.* 5
5 matrem dominam saluta. quom Persarum disciplinam memorares, bene 'battunt' aisti.

18. HAVE MI FRONTO MERITO CARISSIME

1 Intellego istam tuam argutissimam strofam[a]), quam tu quidem benignissime repperisti: ut, quia laudando me fidem propter egregium erga me 10
V 154 amorem tuum non habebas, vituperando laudi fidem quaereres.[b]) | sed o me beatum, qui a Marco Cornelio meo, oratore maximo, homine optimo, et laudari et reprehendi dignus esse videor! quid ego de tuis litteris dicam benignissimis, verissimis, amicissimis? verissimis tamen usque ad primam partem libelli tui, nam cetera, ubi me conprobas, ut ait nescio quis 15
Graecus (puto Thucydides), *τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον*,
2 item tu partim meorum prope caeco amore interpretatus es. sed (tanti est me non recte scribere et te nullo meo merito, sed solo tuo erga me amore laudare, de quo tu plurima et elegantissima ad me proxime scripsisti) ego, si tu volueris, ero aliquid. ceterum litterae tuae id effe- 20
cerunt, ut quam vehementer me amares sentirem. sed quod ad *ἀθυμίαν* meam attinet, nihilominus adhuc animus meus pavet et tristiculus est, ne quid hodie in senatu dixerim, propter quod te magistrum habere non merear.

Vale mihi Fronto, quid dicam nisi amice optime. 25

m^2 in margine[a]) strofam || [b]) laudando me fidem ⟨non habe⟩bas, vituperando fidem lau⟨di quae⟩sisti

6 *cf. Xen. Cyr. Instit. I 3, 16* || 16 *Plato, Leg. V 731e; Paroemiogr. Graeci II 177; Nachträge zu Otto, Sprichwörter 95 et 232 s. v. amor 1* || 17 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. amor 1* || 19–20 *cf. p. 3, 19 sqq.*

1 pompaticas m^2 pon- m^1 || 4 dii[2] m^2 dei m^1 || 5 *ἔλπιζε καὶ Mai*[2] *εατιζεναι V* | *χρονω και εμπειρια V* | *πειθου vel τιειθου V* || 6 memoraris *Klussmann* || 6–7 bene, ut aiunt, battuis *Naber* || 7 aisti *incertum h et ita iam Brakman* ais *ma n b* aiebas *Orelli* || 9 benignissimae m^1 *corr.* m^2 || 13 repraehendi *V* || 16 puto Thucydides *del. Orth* puto Theophrastus *Haines* | thucydidest*υφλουται V* || 17 partim m^2 patrim m^1 | interpraetatus *V* || 19 plurima] a *add.* m^2 | proximae m^1 *corr.* m^2 || 21 sentires m^1 *corr.* m^2 || 22 meus *add.* m^2 || 25 mihi] mi *Studemund* || 26–27 *priorem lac. suppl. Naber, alteram Brakman*

19. MAGISTRO SVO CAES. SVVS

In quantum me iuverit lectio orationum istarum Gracchi, non opus **1**
est | me dicere, quom tu scias optime, qui me ut eas legerem doctissimo **V 153**
iudicio ac benignissimo animo tuo hortatus es. ne autem sine comite
5 solus ad te liber tuus referretur, libellum istum addidi.
Vale mi magister suavissime, amice amicissime, quoi sum debiturus **2**
quidquid litterarum sciero. non sum tam ingratus, ut non intellegam,
quid mihi praestiteris, quom excerpta tua mihi ostendisti et quom cotidie
non desinis in viam me veram inducere et oculos aperire, ut volgo dicitur.
10 merito amo.

20. MAGISTRO MEO

Qualem mihi animum esse existimas, quom cogito, quam diu te non
vidi et quamobrem non vidi? et fortassis pauculis te adhuc diebus, cum
te necessario confirmas, non videbo. igitur dum tu iacebis, et mihi animus
15 supinus erit, quomque tu dis iuvantibus bene stabis, et meus animus bene
constabit, qui nunc torretur ardentissimo desiderio tuo.
Vale, anima Caesaris tui, amici tui, discipuli tui.

21. DOMINO MEO

Lectulo me teneo. si possim, ubi ad Centum Cellas ibitis, itineri idoneus **1**
20 esse, VII idus vos Lorii videbo deis faventibus. | excusa me domino nostro **V 176**
patri tuo, quem (ita vos salvos habeam!) magno pondere gravius amo et
colo, quom tam bene in senatu iudicatum est, quod et provinciis saluti
esset et reos clementer obiurgasset.
Ubi vivarium dedicabitis, memento quam diligentissime, si feras **2**
25 percuties, et ⟨e⟩quom admittere. Galbam certe ad Centum Cellas pro- **3**
duces. an potes octav(um) idus Lorii? vale, domine, patri placeto, matri
dic salutem, me desiderato.

9 *Otto, Sprichwörter s. v. via 2* | *Otto, Sprichwörter s. v. oculus 13* || **25**—p. 52, **4** *Cato Orig. VII 3b p. 27 Jordan; fr. 189 Orat. Rom. Fr. Malcovati; fr. 107 Hist. Rom. Rel. Peter; fr. VII 2 Chassignet*

2 non m^2 no m^1 || **6** amice] anime *Cornelissen* || **10** ⟨te⟩ amo *Haupt* || **13** cum m^2 num m^1 nam *Novák* dum *Studemund* || **14** confirmas] contineas *Cornelissen* || **15** quomque *Naber* quoque *vel* quoquo m^1 cumque m^2 *ut vid.* quodsi *Mai*^{2} | tu m^1 tum m^2 *ut vid.* | bene^2 m^2 be m^1 || **16** desiderio tuo] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) desiderii tui || **22** quom tam *Mai*^{2} quo tam m^1 cum tam m^2 quoniam *Naber* | senatum m^1 *corr.* m^2 | iuiudicatum m^1 iu- *del.* m^2 || **25** et equom *scripsi* etquom *h* etquum *ma n* equum *Mai*^{2} || **26** octavum idus *scripsi* octav˙idus *V* octavo idus *Hauler* octavidus *Mai*^{2}

4 Cato quid dicat de Galba absoluto, tu melius scis; ego memini propter fratris filios eum absolutum. τὸ δὲ ἀκριβές ipse inspice. Cato igitur dissuadet neve suos neve alienos quis liberos ad misericordiam conciliandam producat neve uxores neve adfines vel ullas omnino feminas.
Domine, matrem saluta. 5

22. MAGISTRO MEO

1 Mane ad te non scripsi, quia te commodiorem esse audieram et quia ipse in alio negotio occupatus fueram; nec sustineo ad te umquam quicquam scribere nisi remisso et soluto et libero animo. igitur, si recte V 175 sumus, fac me ut sciam. quid enim optem, scis; quam | merito optem, 10 scio. vale, meus magister, qui merito apud animum meum omnis omni re 2 praevenis. mi magister, ecce non dormito et cogo me ut dormiam, ne tu irascaris. aestimas utique me vespera haec scribere.

Haec ibidem collata prerogatus legi emendavi
Ad M. Caes. lib. III expl. 15

1 ⟨me⟩ melius *Castiglioni* || 2 τὸ] ὁ *Mai*[3] | ακρειβες *V* || 5 dominam *Mai*[2] | saluta *Mai*[2] salute *V* salutes *Hauler* || 7 ad te *add. m*[2] || 8 alio] aliquo *v. Herwerden* || 9 remissio *V corr. Mai*[2] || 11 meus] mi *Studemund* || 12 prevenis *V* || 14–15 *scr. m*[2] || 14 *incertum h num* Praerogatus*? antea legere sibi visus est* Caecilius (*vel* defe. lius) Dexter saepe (*probab. quam* Asper) legatus *h* Caecilius s⟨ae⟩pe ⟨r⟩ogatus *ma nihil dispexit n* Caecilius pr. pr. togatus *Havet* Caecilius spectatus *Reifferscheid* | prerogatus] Paptrigatus *vel* Laptrigatus *s*

EPISTVLAR. INC. LIB. IIII

†

1. ⟨DOMINO MEO FRONTO⟩

10 ⟨Quoniam scio, quanto opere sis anxius⟩ † | et columbae cum **1** V 228
lupis et aquilis cantantem sequebantur inmemores insidiarum et unguium et dentium. quae fabula recte interpretantibus illud profecto significat fuisse egregio ingenio eximiaque eloquentia virum, qui plurimos virtutum suarum facundiaeque admiratione devinxerit; eumque amicos
15 ac sectatores suos ita instituisse, ut, quamquam diversis nationibus convenae variis moribus inbuti, concordarent tamen[a]) et consuescerent et congregarentur, mites cum ferocibus, placidi cum violentis, quom superbis moderati, cum crudelibus timidi: omnes dein paulatim vitia insita exuerent, virtutem sectarentur, probitatem condiscerent, pudore
20 inpudentiam, obsequio contumaciam, benignitate malivolentiam commutarent. quo si quis umquam ingenio tantum valuit, ut amicos ac **2** sectatores suos amore inter se mutuo copularet, tu hoc profecto perficies multo facilius, qui ad omnis virtutes natus es prius quam institutus.[b]) nam priusquam tibi aetas institutioni sufficiens adolesceret, iam tu perfectus

25 m^2 *in margine*[a]) Orpheus convenas variis moribus inbutos concordare fecit || [b]) propria divinatio

2 quanto] n *add.* m^2 | anxius *add.* m^2 || 3 venio *e corr.* | *supra* tuum mihi frater *scr.* pr⟨operavit prae⟩legere lae⟨tantur⟩ m^2h (*incerta suppl. Hauler*), *cf. p. 63, 23* || 4 arbitror *fort. in* artrat'ta *corr.* | *initium nonae epist. om. index* || 5 dissipem] dis spem *p. 65, 2* || 6 altero (*incertum*) die *h* die *ma* hodie *p. 61, 6* | dii] di *p. 65, 8* || 7 eo] ego *p. 62, 9* | exaravi *add.* m^2 (*lac. suppl. Hauler*) prodormivi *p. 62, 9* | *spatium post* tollit *vacuum indicat indicem esse completum* | *post V 175 duae pag. desunt* || 9 *suppl. Haines* ⟨M. Cornelii Frontonis Epistularum ad M. Caesarem et invicem liber IIII. Fronto Caesari⟩ *Mai*[2] || 10 *ex indice suppl.* | ⟨Orpheum oves⟩ et columbae *Brakman* oves *iam Eussner* agni *Studemund* || 11 unguirum m^1 r *del.* m^2 *suprascr.* i(n) alio dolorum m^2 || 12 dentium] d *add.* m^2 | interpraetantibus *V* || 14 devincxerit *V* | amicosque *V* que *del. Mai*[2] || 17 quom] cuom *V* || 18 dein m^1 deinde m^2 || 20 contumaciam *h* contumeliam *ma n* || 21 quo] quod *Naber* || 23 omnis m^2h omnes m^1h omnis *ma n*

V 227 atque omnibus bonis artibus | absolutus: ante pubertatem vir bonus, ante togam virilem dicendi peritus. verum ex omnibus virtutibus tuis hoc vel praecipue admirandum, quod omnis amicos tuos concordia copulas. nec tamen dissimulaverim multo hoc esse difficilius quam ut ferae ac leones cithara mitigentur. quod tu facilius obtinebis, si unum illud vitium funditus extirpandum eruendumque curaveris, ne liveant neve invideant invicem amici tui neve quod tu alii tribueris ac benefeceris, sibi quisque illud deperire ac detrahi putet.[a]) 3 invidia perniciosum inter homines malum[b]) maximeque internecivum, sibi aliisque pariter obnoxium. sed si procul a cohorte tua prohibueris, uteris amicis concordibus et benignis, ut nunc uteris. sin aliqua pervaserit, magna molestia magnoque labore erit restinguendum.

4 Sed meliora, quaeso, fabulemur. amo Iulianum (inde enim hic sermo defluxit), amo omnis qui te diligunt, amo deos qui te tutantur, amo vitam propter te, amo litteras tecum: i⟨n⟩primis ⟨e⟩is mihi amorem tui ingurgito.

V 178

2. | CARISSIME

1 Quamquam ad te cras venio, tamen tam amicis tamque iucundis litteris tuis, tam denique elegantibus nihil, ne hoc quidem tantulum, rescribere non sustineo, mi Fronto carissime. sed quid ego prius amem? pro quo prius habeam gratiam? idne primum commemorem, quod in tantis domesticis studiis tantisque extrariis negotiis occupatus tamen ad Iulianum nostrum visendum mea maxime gratia (nam sim ingratus, nisi id intellegam) ire conisus es? sed non magnum est tamen ut est, si cetera addas: tanto temporis spatio ibi te demorari, tantum sermocinari,

m^2 *in margine*[a]) hoc extirpa, Caesar, ne amici tui sibi invicem libeant neve quod alii tu benefeceris, sibi quisque deperire ac detrahi putet || [b]) invidia perniciosum inter homines malum

1–2 *cf. Cato ad Marcum f. de rhet. fr. 14 p. 80 Jordan*

3 praecipuae m^1 *corr.* m^2 || 5 ferae m^2 faerae m^1 pantherae *Cornelissen* | *ante* cithara *add.* tua m^2 || 6 libeant m^2 *in marg.* liverant m^1 || 9 maximaeque m^1 *corr.* m^2 || 10 obnoxium] noxium *Ehrenthal* | sed] id *Schopen* quod *Studemund* | procu|la m^1 procul|a m^2 || 15 *ita scripsi* i . . . . . a| . is $m^1 h$ *supra* i . . . . . a *scr.* primi $m^2 h$ . . . . . . tuis *ma n* ⟨cum amicis⟩ tuis *Mai*² ⟨ex epistulis⟩ tuis *Haines* ⟨iam litteris⟩ tuis *Schwierczina* || 16 *post* ingurgito *spatium duorum versuum vacuum, ubi fuisse putat* ⟨Caesar M. Frontoni⟩ *Mai*² ⟨M. Caesar Frontoni⟩ *Hauler* || 17 ⟨Caesar M. Frontoni⟩ Carissime *Mai*² ⟨Have mihi (mi *Haines*) magister⟩ carissime *Naber et Haines* || 20 non *ma n* no *h* | carissimae m^1 *corr.* m^2 | prius amem] praesumam *Ebert* || 23 maximae m^1 *corr.* m^2 || 24 es *Mai*² est *V* | est. tamen [ut] est *Haupt* est. tamen ita est *Haines*

idque de me sermocinari aut, quod ad valetudinem eius consolandam
esset, aegrum commodiorem sibi, amicum amiciorem mihi facere; **tum**
autem de iis singillatim ad me perscribere; inibi scribere nuntium de
ipso Iuliano optatissimum, verba suavissima, consilia saluberrima. quid **2**
5 illud, quod dissimulare nullo modo possum, apud alium dissimulaturus?
utique illud ipsum, quod tanta ad me scripsisti, cum cras venturus essem:
id vero mihi longe fuit gratissimum; | in eo ego me beatissimum supra **V 177**
omnis homines arbitratus sum; nam quanti me faceres quantamque
amicitiae meae haberes fiduciam, in eo maxime atque dulcissime osten-
10 disti. quid ego addam, nisi 'te merito amo'? sed quid dico 'merito'? nam
utinam pro tuo merito te amare possem! atque id est quod saepe absenti
atque insonti tibi irascor atque suscenseo, quod facis ne te, ut volo,
amare possim, id est ne meus animus amorem tuum usque ad summum
columen eius persequi posset.

15 De Herode quod dicis, perge, oro te, ut Quintus noster ait: 'pervince **3**
pertinaci pervicacia'. et Herodes te amat et ego istic hoc ago, et qui te
non amat, profecto neque ille animo intellegit neque oculis videt; nam
de auribus nihil dico, nam omnibus aures tuae voculae subserviunt sub
iugum subactae.[a])

20 Mihi et hodiernus dies verno die longior et nox veniens hiberna nocte **4**
prolixior videtur atque videbitur. nam cum maximo opere Frontonem
meum consalutare tum harum recentium litterarum scriptorem praecipue
cupio conplecti. haec cursim ad te scripsi, quia Maecianus ur|gebat, et **5** **V 180**
fratrem tuum maturius ad te reverti aecum erat. quaeso igitur, si quod
25 verbum absurdius aut inconsultior sensus aut infirmior littera istic erit,
id tempori adponas. nam cum te ut amicum vehementissime diligam,
tum meminisse oportet, quantum amorem amico, tantum reverentiae
magistro praestare debere. vale mi Fronto carissime et supra omnis res
dulcissime.

30 m^2 *in margine* [a]) omnium aures tuis voculis sub iugum subactae sunt

15–16 *Ennius Scen. 379 Vahlen^2; 408 Trag. Ribbeck^3, Klotz* || **18–19** *verba nescio cuius poetae*

5 alium] te sum *Naber* alium ⟨tibi sim⟩ *Eussner* amicum *Hirschfeld* || **7** Ego *litt. initiali scribitur medio in versu* || **9** maximae m^1 *corr.* m^2 | dulcissimae m^1 *corr.* m^2 || **10** nisi ⟨quod⟩ *Novák* || **11** adque *V* || **12** adque *V* | insonti m^2 -te m^1 *fort. fuit* -tei | atque^2] adque m^2 ad m^1 || **13** summum m^2 sumsum m^1 || **14** columem *V* | eius *add.* m^2 || **15** ⟨et⟩ ut *Haupt* || **16** pervicaciam m^1 *corr.* m^2 | istic hoc m^2 sticho m^1 || **17** ille m^2 illo m^1 || **18** omnibus m^1 omnium m^2 || **23** cursim m^2 cumsim m^1 || **25** inconsultiore m^1 *corr.* m^2 | informior *Allen* || **26** vehementissimae *V* || **27** ⟨me⟩ meminisse *Mai^2* || **28** carissimae m^1 *corr.* m^2 | res m^2 tres m^1 || **29** dulcissimae m^1 *corr.* m^2

6 Sota Ennianus remissus a te et in charta puriore et volumine gratiore et littera festiviore quam antea fuerat videtur. Gracchus cum cado musti maneat, dum venimus, neque enim metus est Gracchum interea cum musto defervere posse. valeas semper, anima suavissima.

3. DOMINO MEO FRONTO 5

1 Omnium artium, ut ego arbitror, imperitum et indoctum omnino esse praestat quam semiperitum ac semidoctum.[a]) nam qui sibi conscius est artis expertem esse, minus adtemptat eoque minus praecipitat: diffidentia profecto audaciam prohibet.[b]) at ubi quis leviter quid cognitum pro V 179 conperto | ostentat, falsa fiducia multifariam labitur. philosophiae quoque 10 disciplinas aiunt satius esse numquam attigisse quam leviter et primoribus, ut dicitur, labiis delibasse, eosque provenire malitiosissimos, qui in vestibulo artis obversati prius inde averterint quam penetraverint.[c]) tamen est in aliis artibus ubi interdum delitiscas et peritus paulisper habeare quod nescias. in verbis vero eligendis conlocandisque ilico dilucet nec 15 verba dare diutius potest[d]), quin se ipse indicet verborum ignarum esse eaque male probare et temere existimare et inscie contrectare neque 2 modum neque pondus verbi internosse. quamobrem rari admodum veterum scriptorum in eum laborem studiumque et periculum verba industriosius quaerendi sese commisere, oratorum post homines natos 20 unus omnium M. Porcius eiusque frequens sectator C. Sallustius[e]), poetarum[f]) maxime Plautus, multo maxime Q. Ennius eumque studiose aemulatus L. Coelius nec non Naevius, Lucretius, Accius etiam, Caecilius,

m² in margine [a]) omnium artium imperitum et indoctum esse praestat quam semiperitum ac semidoctum || [b]) minus audet qui se scit artis expertem, quia diffi- 25 dentia audaciam prohibet || [c]) malitiosissimi fiunt qui in vestibulo artis obversati prius inde averterint quam penetraverint || [d]) in verbis eligendis verba dare nemo potest; in aliis tamen artibus interdum delitiscas et peritus paulisper habeare quod nescias || [e]) Porcius Cato unus omnium verbis quaerendis se commisit eiusque frequens sectator Gaius Sallustius || [f]) qui poetae verbis studuerunt 30

1 *cf. Ennius p. LXXXII sq., CCXVII, 217 Vahlen²* || 11–12 *Otto, Sprichwörter s. v. labrum 1*

2 Gracchus] h *add. vid. m²* || 4 valeas *Mai² et fort. iam m²* -eat *m¹* | issuavissima *V corr. Mai²* || 7 saemiperitum *V* || 8 ⟨se⟩ expertem *Eussner* || 11 aiunt *ma n* alunt *h* || 12 labiis] labris *Klussmann* | malitiossimos *V corr. Mai²* vitiosissimos *Ehrenthal* || 15 quod] quom *Ehrenthal* || 16 diutius] diu quis *Klussmann* diutius ⟨quis⟩ *Studemund* || 19 laborum *m¹ corr. vid. m²* || 20 post *m² ut vid.* epost *m¹* || 22 maximae¹ *m¹ corr. m²* | Plautus eumque studiose aemulatus Aquilius, multo maxime Q. Ennius *Düntzer* | studiose] e *add. m²* || 23 nec non naevius *add. m²*

Laberius quoque. nam praeter hos partim scriptorum animadvertas particulatim elegantis Novium et Pom|ponium et id genus in verbis V 146 rusticanis et iocularibus ac ridiculariis, Attam in muliebribus, Sisennam in lasciviis, Lucilium in cuiusque artis ac negotii propriis.

5 Hic tu fortasse iandudum requiras, quo in numero locem M. Tullium, 3 qui caput atque fons Romanae facundiae cluet.[a]) eum ego arbitror usquequaque verbis pulcherrimis elocutum et ante omnis alios oratores ad ea, quae ostentare vellet, ornanda magnificum fuisse. verum is mihi videtur a quaerendis scrupulosius verbis procul afuisse vel magnitudine animi 10 vel fuga laboris vel fiducia[b]) non quaerenti etiam sibi, quae vix aliis quaerentibus subvenirent, praesto adfutura. itaque conperisse videor, ut qui eius scripta omnia studiosissime lectitarim, cetera eum genera verborum copiosissime uberrimeque tractasse: verba propria, translata, simplicia, conposita et, quae in eius scriptis ubique dilucent, verba 15 honesta, saepenumero etiam amoena, quom tamen in omnibus eius orationibus paucissima admodum reperias insperata atque inopinata verba, quae nonnisi cum studio atque cura atque vigilantia atque multa veterum carminum memoria indagantur. | insperatum autem atque V 145 inopinatum verbum appello, quod praeter spem atque opinionem audien- 20 tium aut legentium promitur, ita ut, si subtrahas atque eum qui legat quaerere ipsum iubeas, aut nullum ⟨a⟩ut non ita significando adcommodatum verbum aliud reperiat. quamobrem te magno opere conlaudo, quod ei rei curam industriamque adhibes, ut verbum ex alto eruas et ad significandum adcommodes. verum, ut initio dixi, magnum in ea re 25 periculum est, ne minus apte aut parum dilucide aut non satis decore, ut a semidocto, conlocetur; namque multo satius est volgaribus et usitatis quam remotis et requis⟨i⟩tis uti, si parum significet.

Haud sciam an utile sit demonstrare, quanta difficultas, quam scrupu- 4 losa et anxia cura in verbis probandis adhibenda sit, ne ea res animos

30 *m^2 in margine* [a]) laus Ciceronis || [b]) Tullius caput adque fons Romanae eloquentiae cluet; procul tamen a querendis scrupulosius verbis afuit vel animi magnitudine vel fuga laboris vel fiducia

1 nam] iam *vel* etiam *Orth* | partem *Studemund* || 2 particulatim *del. Orth* | verbis] diverbiis *Orelli* || 3 muliebribus] scurrilibus *Cornelissen* || 4 lascivis *Mai*^{2} | *ante* Lucilium *add.* A. m^2 || 8 q' (*que*) m^1 q̄ (*quae*) m^2 || 10 quaerenti *Mai*^{2} quaerendi *V post hoc verbum interpungens* || 12 genera m^2 genare m^1 || 14 scribtis *V* || 16 adque *V* || 17 atque^3] adque *V* | multa *add.* m^2 || 18 adque *add.* m^2 || 19 verbum *Mai*^{2} vero *V* || 20 ita ut si m^2 ut aut m^1 | adque *V* || 21 aut^2 *Mai*^{2} ut *V* | adcommodatum m^2 adcommodandum m^1 || 22 ob *add.* m^2 | magno opere m^2 magnopere m^1 || 23 ei m^2 ie m^1 | eruas m^2 erbas m^1 || 26 ut m^1 aut m^2 || 27 requistis *V corr. Mai*^{2} | uti m^2 ut m^1 | parum significent *Orelli* paria significent *Cornelissen* || 28 haut *V* || 29 ancxia *V* | sit m^2 sint m^1

adulescentium retardet aut spem adipiscendi debilitet. una plerumque littera translata aut exempta aut inmutata vim verbi ac venustatem commutat et elegantiam vel scientiam loquentis declarat. equidem te animadverti, quom mihi scripta tua relegeres atque ego de verbo sylla-
V 152 bam per|mutarem, te id neglegere nec multum referre arbitrari. nolim 5
igitur te ignorare syllabae unius discrimen quantum referat.[a]) os 'colluere' dicam, pavimentum autem in balneis 'pelluere', non 'colluere'; lacrimis vero genas 'lavere' dicam, non 'pelluere' neque 'colluere'; vestimenta autem 'lavare', non 'lavere'; sudorem porro et pulverem 'abluere', non 'lavare'; sed maculam elegantius 'eluere' quam 'abluere'. si quid vero 10
magis haeserit nec sine aliquo detrimento exigi possit, Plautino verbo 'elavere' dicam. tum praeterea mulsum 'diluere', fauces 'proluere',
5 ungulam iumento 'subluere'. tot exemplis unum atque idem verbum syllabae atque litterae commutatione in varium modum ac sensum usurpatur: tam hercule quam faciem medicamento 'litam', caeno corpus 15
'oblitum', calicem melle 'delitum', mucronem veneno '⟨praelitum⟩', radium visco 'inlitum' rectius dixerim.

6 Haud sciam an quis roget: nam quis me prohibet vestimenta lavere potius quam lavare, sudorem lavare potius quam abluere dicere? tibi vero nemo in ea re intercedere aut modificare⟨i⟩ iure ullo poterit, qui sis 20
V 151 liberis | prognatus et equitum censum praetervehare et in senatu sententiam rogere; nos vero, qui doctorum auribus servituti serviendae nosmet dedimus, necesse est tenuia[b]) quoque ista et minuta summa cum cura persequamur. verba prosus alii vecte et malleo ut silices moliuntur, alii autem caelo et marculo ut gemmulas exculpunt[c]); te aequius erit ad 25

m² in margine [a]) de verborum proprietatibus: quantum differt unius syllabae discrimen || [b]) tenuia || [c]) alii verba vete vel malleo et silice moliuntur, alii caeolo et marculo ut qui gemmas exculpunt

12 *Plaut. Asin. 135; Rud. 579; Trin. 406; Poen. 232 (?); Rud. 537; 699; 1307* || 16 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. mel 5 et 6*

1 debilitet *m²* devilitat *m¹* || 3 et elegantiam] vel ignorantiam *Cassan* | ⟨in⟩-scientiam *Haupt* scitiam *Orth* || 4 adque *V* || 5 'per' mutarem *etiam legi potest* || 6 os *add. m²* || 8 lavere] labere *m¹* labare *m²* || 9 abluere *m²* alluere *m¹* || 11 heserit *V* || 13.14 adques (*bis*) *V* || 14 ac (*vel* adque) sensum *C. F. W. Müller* adcensum *V* ad sensum *Orelli* ad censum *Hofer* || 16 oblitum] conlitum *Haines* | mucronem *ex* mucrunem *corr. vid. m²* | praelitum *vel* superlitum *vel* collitum *add. Orelli* adlitum *Kübler* inlitum *Haines* perlitum *Heraeus* || 17 radium] ramum *Hauler* | inlitum] oblitum *Haines* || 18 haut *V* | nam quis] numquis *Naber* || 20 modificarei *Anon 1882* -re *V* -ri *Orelli* || 21 liberis|liberis *V* *alterum del. Mai²* liber liberis *Orelli* liberis Hiberis *Klussmann* parentibus liberis *Heraeus* | censu *Studemund* || 22 rogare *V corr. Naber* || 23 dedi⟨di⟩mus *Orelli* | quoque] quaeque *Studemund* || 25 celo *m¹ corr. m²* | exculpunt *m²* exculpent *m¹* || 26 quantum *h* multum *ma n b* || 27 cae⟨l⟩olo *Naber*

quaerenda sollertius verba quod correctus sis meminisse quam quod
deprehensus detractare aut retardari. nam si quaerendo desistes, num-
quam reperies; si perges quaerere, reperies.

Denique visus etiam es mihi insuper habuisse, cum ordinem verbi tui 7
5 immutassem, uti ante 'tricipitem' diceres quam 'Geryonam' nominares.
id quoque ne ignores: pleraque in oratione ordine inmutato vel rata verba
fiunt vel supervacanea. 'navem triremem' rite dixerim, 'triremem navem'
supervacaneo addiderim. neque enim periculum est, ne quis lecticulam
aut redam aut citharam triremem dici arbitretur. tum praeterea quom
10 commemorares, cur Parthi manuleis laxioribus uterentur, ita, opinor,
scripsisti, 'intervallis vestis aestum' ut 'suspendi' di|ceres. ain tandem: V 150
quo pacto aestus suspenditur? neque id reprehendo, te verbi translatione
audacius progressum, quippe qui Enni sententia oratorem audacem
esse debere censeam. sit sane audax orator, ut Ennius postulat; sed a
15 significando quod volt eloqui nusquam digrediatur.[a]) igitur voluntatem
quidem tuam magno opere probavi laudavique, quom verbum quaerere
adgressus es; indiligentiam autem quaesiti verbi, quod esset absurda,
reprehendi. namque manuleorum intervallis, quae interdum laxata
videmus atque fluitantia, 'suspendi' aestus non potest: potest aestus per
20 vestis intervalla 'depelli', potest 'degi', potest 'demeare', potest 'circum-
duci', potest 'interverti', potest 'eventilari', omnia denique potius potest
quam posse 'suspendi', quod verbum 'superne quid sustineri', non 'per
laxamenta deduci' significat.

Post ista monui, quibus studiis, quoniam ita velles, te historiae 8
25 scribundae praeparares. qua de re cum longior sit oratio, ne modum
epistulae egrediar, finem facio. si tu de ea quoque re scribi ad te voles,
etiam atque etiam admonebis.

m^2 in margine[a]) ⟨sit ora⟩tor audax et verborum translatione progressus, sed a significando quod vult eloqui nusquam digrediatur

4–9 *cf. Testimonium 41* || **13–14** *Ennius inc. fr. XXI Vahlen*^{2}

1 querenda m^1 *corr.* m^2 || **2** depraehensus *V* reprehensus *Orelli* | detrectare *Haines* | desistes m^2 desistens m^1 || **3** repperies *V* || **4** verbi] b *add.* m^2 || **7** supervacanea] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) supervacua | rite] rato *vel* rate *Ehrenthal* || **9** chitaram *V* | tum *del. Orth* | praetereo *V corr. Mai*^{2} || **10** cur m^2 cum m^1 || **12** repraehendo *V* || **13** sententia m^2 sentia m^1 || **16** magno opere m^2 magnopere m^1 | laudabique *V* | quom] quod *Heraeus* | querere *V* || **17** absurdum *Haupt* || **18** repraehendi *V* | quae] que *V* || **20** degi] degredi *Lachmann* deici *Studemund* demi *vel* degeri *vel* deduci *Heraeus* || **22** posse *del. Eckstein* | superne quid *Schaefer* supernequit *ma n* supernevult *b* suspendi *Mai*^{2} super necti *Allen* superne aliquit *Kiessling* quit *del. Novák* || **25** praeparares] s *supra lin. add.* | de re cum m^2 de re ea re m^1 || **27** adque *V* || **28** *evanida suppl. Mai*^{2}

4. M. CAESAR M. FRONTONI MAGISTRO SVO | SALVTEM

V 149

1 Postquam vehiculum inscendi, postquam te salutavi, iter non adeo incommodum nos fecimus, sed paululum pluvia aspersi sumus. sed priusquam ad villam venimus, Anagniam devertimus mille fere passus 5 a via. deinde id oppidum anticum vidimus, minutulum quidem, sed multas res in se antiquas habet, aedes sanctasque caerimonia⟨s⟩ supra modum. nullus angulus fuit, ubi delubrum aut fanum aut templum non sit. praeterea multi libri lintei, quod ad sacra adtinet. deinde in porta, cum eximus, ibi scriptum erat bifariam sic: 'flamen sume samentum'. 10 rogavi aliquem ex popularibus, quid illud verbum esset. ait lingua Hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum flamen, cum in urbem introeat, inponit. multa adeo alia didicimus, quae vellemus scire; verum id solum est, quod nolimus, cum tu a nobis abes: ea nobis maxima sollicitudo est. 15

2 Nunc tu postquam inde profectus es, utrumne in Aureliam an in Campaniam abisti? fac scribas mihi et an vindemias inchoaveris et an ad villam multitudinem librorum tuleris et illud quoque, an me desideres, V 156 quod ego | stulte requiro, quom tu certe facis. nunc tu, si me desideres atque si me ames, litteras tuas ad me frequentes mittes, quod mihi 20 solacium atque fomentum sit. nam decem partibus tuas litteras legere malim quam omnes Massicos aut Gauranos palmites; nam Signini quidem isti nimis rancidos racemos et acidos acinos habent, quod vinum malim quam mustum bibere. praeterea istas uvas multo commodius passas quam puberes manducare[a]); nam profecto malim eas pedibus calcare 25 quam dentibus comesse. sed tamen propitiae placataeque sint et mihi

*m*² *in margine* a) ex . . . . s passas uvas quam pullatas manducare

10 *Versus sacrorum fr. 1* (*Fr. Poet. Lat. Buechner p. 5*); *R. von Planta, Grammatik der oskisch-umbrischen Dialekte II, Straßburg 1897, 590*

4 nos fecimus *Eckstein et fort. iam m*² no fecimus *m*¹ confecimus *Kiessling* | pluvia *Haines* pluviae *V* | pluviae experti *Cornelissen* || **6** via] villa *Orth* || **7** habens *Novák* habens et *Haines* | caerimonia *V corr. Mai*² || **9** linitei *V* | adtinet] *m*² *in marg.* i(n) a(lio) pertinet | deinde in] dein *Günther* || **10** eximus, ⟨subsistimus⟩ *Novák* | sume *add. m*² || **11** rogavi *e* ragavi *corr.* | illud *Mai*² illuc *V* || **12** apicem] pacem *m*¹ *m*² *in marg.* alibi in apicem || **16** an *add. m*² || **19** stultae *m*¹ *corr. m*² | quom *m*¹ quod *m*² | certe *m*¹ per te *m*² || **19–20** desideres *et* ames *m*¹ desideras *et* amas *m*² || **20** adque *V* | tuas *add. m*² | mittes *m*¹ mittito *m*² || **21** adque *V* || **22** Massicos *Kiessling* marsicos *V* || **23** quod] quo *Klussmann* || **24** ubas *V* || **25** puberes] nuperas *Cornelissen* putres *Novák* || **26** placataequae *V* | mihi] mi *Studemund* || **27** ex⟨spectatiu⟩s *vel* ex⟨optatiu⟩s *suppl. Hauler* | pullatas *h* pub⟨ere⟩s *b*

pro istis iocularibus bonam veniam duint. vale mihi homo amicissime, suavissime, disertissime, magister dulcissime. quom videbis in dolio **3** mustum fervere, in mentem tibi veniat mihi sic in pectore tuum desiderium scatere et abundare et spumas facere.[a]) semper vale.

5 ## 5. HAVE MIHI MAGISTER CARISSIME

Nos valemus. ego hodie ab hora nona noctis in secundam diei bene **1** disposito cibo studivi; a secunda in tertiam soleatus libentissime inambulavi ante cubiculum meum. deinde | calceatus sagulo sumpto (nam ita V 155 adesse nobis indictum erat) abii salutatum dominum meum. ad venati- **2** 10 onem profecti sumus, fortia facinora fecimus, apros captos esse fando audimus, nam videndi quid nulla facultas fuit. clivom tamen satis arduum successimus; inde post meridiem domum recepimus. ego me ad libellos. igitur calceis detractis, vestimentis positis in lectulo ad duas horas commoratus sum. legi Catonis orationem de bonis Pulchrae et 15 aliam, qua tribuno diem dixit. 'io', inquis puero tuo, 'vade quantum potes, de Apollonis bibliotheca has mihi orationes adporta.' frustra: nam II isti libri me secuti sunt. igitur Tiberianus bibliothecarius tibi subigitandus est; aliquid in eam rem insumendum, quod mihi ille, ut ad urbem venero, aequa divisione inpertiat. sed ego orationibus his perlectis **3** 20 paululum misere scripsi, quod aut Lymphis aut Volcano dicarem: *ἀληθῶς ἀτυχῶς σήμερον γέγραπταί μοι*, venatoris plane aut vindemiatoris studiolum, qui iubilis suis cubiculum meum perstrepunt, causidicali prosum odio et taedio. quid hoc dixi? immo recte dixi, nam meus quidem magister orator | est. V 186

25 *m*² *in margine*[a]) cum vides in dolio fervere mustum, etiam ita in pectore meo scias tuum desiderium scatere, abundare et spumas agere

14–15 *cf. Cato p. 65 et 57 Jordan; fr. 209 et 229 Orat. Rom. Fr. Malcovati; Cato, Orat. Rel. fr. 195 et 207 Sblendorio*

1 amicissimae *V* || **4** spumas] p *add. m*² | facere] *vide marg.* || **5** carissime] gravissime *m*¹ *m*² *in marg.* i(n) a(lio) carissime || **6** hodie] *cf. p. 53, 6* || **7** dispositio *V corr. Mai*² | studevi *Ribbeck* || **9** indictum erat] *m*² *in marg.* i(n) a(lio) indicio erat | abii *m*² abiis *m*¹ | dominum *m*² dominium *m*¹ || **11** audiimus *Heraeus* | quid *h* quidem *ma n* || **12** post meridiem *m*² postpridie *vel* posttridie *vel* posteridie *m*¹ nos meridie *Cornelissen* postmeridie *Haines* | ⟨nos⟩ recepimus *Heraeus* || **13** detractis *m*² detrantis *m*¹ || **14** legi *m*² legit *m*¹ | pulchrae *m*¹ dulciae *aut* dulchae *m*² Patulciae *Hübner* || **15** io *m*² ioa *m*¹ || **16** potes] pote *Priebe* | apollonis *V* *Ἀπόλλωνος Naber* Apollinis *Haines* | bibliotheca *m*² biblisothecab *m*¹ bibliothecabus *Klussmann* | *post* frustra *add.* mittis *m*² mittes *Naber del. Mai*² || **17** II *vel* it *V* et *Mai*² duo *Kiessling* || **20** misere⟨re⟩ *Mai*² || **21–22** venatores plane ac vindemiatores qui *Cornelissen* | vindemiatoris] a *add. m*² || **23** prosum] prosecutus *Cornelissen* | tedio *V* || **25** pectore] *altera* e *supra lin.*

4 Ego videor mihi perfrixisse; quod mane soleatus ambulavi an quod male scripsi, non scio. certe homo alioqui pituitosus[a]), hodie tamen multo mucculentior[b]) mihi esse videor. itaque oleum in caput infundam et incipiam dormire, nam in lucernam hodie nullam stillam inicere cogito, ita me equitatio et sternutatio defetigavit. 5

5 Valebis mihi magister carissime et dulcissime, quem ego, ausim dicere, magis quam ipsam Romam desidero.[c])

6. HAVE MIHI MAGISTER DVLCISSIME

1 Nos valemus. ego aliquantum prodormivi propter perfrictiunculam, quae videtur sedata esse. ergo ab undecima noctis in tertiam diei partim 10 legi ex agri cultura Catonis, partim scripsi, minus misere, mercule, quam heri. inde salutato patre meo aqua mulsa sorbenda usque ad gulam et reiectanda 'fauces fovi' potius quam dicerem 'gargarissavi', nam est ad Novium, credo, et alibi. sed faucibus curatis abii ad patrem meum et immolanti adstiti. deinde ad merendam itum. quid me censes prandisse?[d]) 15 panis tantulum, cum conchim et caepas et maenas bene praegnatis alios V 185 vorantis viderem. deinde uvis metendis operam dedi|mus et consudavimus et iubilavimus et 'aliquos', ut ait auctor, 'reliquimus altipendulos 2 vindemiae superstites'. ab hora sexta domum redimus. paululum studui atque id ineptum. deinde cum matercula mea supra torum sedente 20 multum garrivi.[e]) meus sermo hic erat: 'quid existimas modo meum Fron-

m^2 in margine[a]) pituitosus || [b]) muculentior || [c]) ausim dicere: magis te quam ipsam Romam desidero || [d]) ad merendam itum. quid me censes prandisse? || [e]) cum matercella mea multum garravi

13 *Novius Com. 109 Ribbeck*[3] || 18–19 *Novius Com. 110 sq. Ribbeck*[3]

1 quod[1] m^1 quid m^2 | an m^2 am m^1 || 2 certe] etsi *Cornelissen* | alioqui m^2 qui m^1 | pituitosus m^1 pituita ipsus m^2 *ut vid.* || 3 mucculentior] *priorem* c *del.* m^2 | oleum] u *add.* m^2 | et] ut *Cornelissen* || 4 stillam *add.* m^2 || 5 equitatio] emunctio *Cornelissen* eructatio *Desrousseaux* || 6 valebis m^2 valevis m^1 vale sis *Studemund* | mihi] mi *Bulhart* | carissimae et dulcissimae m^1 *corr.* m^2 || 8 mihi] mi *Haines* || 9 perdormivi *Haines* || 10 ergo] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) ego || 11 cultura catonis m^2 cultu factionis m^1 | minus m^2 mus m^1 | misere⟨re⟩ *Mai*[2] | mercule m^1 mehercule m^2 || 12 herinde m^1 *corr.* m^2 | aquoa m^1 o *del.* m^2 | sorbenda *Haupt* sorbemdo m^1 sorbendo m^2 || 13 gargarissabi *V* | est ad m^2 *ut vid.* et ad m^1 est apud *Haupt* || 13–14 et ad Novium, credo, ⟨est⟩ et *Heraeus* || 16 tantulum cum conchi, ⟨cum⟩ caepas *Madvig* | conchim] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) concham congim *Dilthey* || 17 metendis *ma n* plane satus *incertissimum h* | consudabimus *V* || 18 iubilavimus m^2 iuvilavimus m^1 | aliquos *incertum h* aliquot *ma n* | altipendulos] n *supra lin. add.* m^1 || 19 superhistites m^1 *corr.* m^2 || 20 id m^2 ad m^1 | matercula] m^2 *in marg.* i(n) a(lio) matercella matercilla *Heraeus*

tonem facere?' tum illa: 'quid autem tu meam Cratiam?' tum ego: 'quid autem passerculam nostram Cratiam minusculam?' dum ea fabulamur atque altercamur, uter alterutrum vestrum magis amaret, discus crepuit, id est, pater meus in balneum transisse nuntiatus est. loti 5 igitur in torculari cenavimus (non loti in torculari, sed loti cenavimus) et rusticos cavillantes audivimus libenter. inde reversus, antequam in latus converto ut stertam, meum pensum explico et diei rationem meo suavissimo magistro reddo, quem si possem magis desiderare, libenter plusculum macerarer.

10 Valebis mihi Fronto, ubiubi es, mellitissime, meus amor, mea voluptas. 3 quid mihi tecum est? amo absentem.

7. HAVE MIHI MAGISTER DVLCISSIME

Tandem tabellarius proficiscitur et ego tridui | acta mea ad te tandem V 188 1 possum dimittere. nec quicquam dico: ita epistulis prope ad XXX dictan- 15 dis spiritum insumpsi. nam quod proxime tibi de epistulis placuerat, nondum ad patrem meum pertuli. sed cum dis iuvantibus ad urbem veniemus, admone me ut tibi aliquid de hac re narrem. sed quae tua et mea meteoria[a]) est, neque tu me admonebis neque ego tibi narrabo; atque enim re vera opus consulto est.

20 Vale meum, quid dicam? quidquid dixero, satis non est. vale, meum 2 desiderium, mea voluptas.

8. MAGISTRO MEO SALVTEM

Adventum tuum mihi frater tuus nuper *εὐηγγελίσατο*. cupio me- 1 hercule possis venire, quod salute tua fiat. spero enim fore ut etiam 25 valetudini meae conspectus tuus aliquid contollat: *εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐνβλέψαι γλυκύ*, Euripides ait, opinor. ego inpraesentiarum[b]) sic

m^2 in margine[a]) meteoria || [b]) inpraesentiarum

25–26 *Eurip. Ion 732*

1 tu meam *m^2* eam *m^1* || **1–2** Cratiam (*bis*) *Champlin* gratiam *V* || **2** autem] aut *add. m^2* | paserculam *m^1 corr. m^2* || **4** crepuit] c *add. m^2* || **6** antequam *h* priusquam *ma n* | *post* antequam *add.* me *m^2* || **10** mihi] mi *Studemund* || **12** habe *V* | mihi] mi *Studemund* || **14** ad *add. m^2* || **15** insumsi *V* || **16** ad[1] *add. m^2* | iuvantibus *m^2 ut vid.* luctantibus *m^1* || **18** atque] utique *Klussmann* neque *Novák* || **20** dixero *m^1h* *m^2 suprascr.* in aliis dicas dicere *ma n* || **21** *post* mea *est spatium septem litt. ubi add.* ⟨lux mea⟩ *Mai*[2] ⟨vita mea⟩ *Pescani* | voluptas *add. m^2* || **23** *ευhνγελισατο* *m^1* h *in η corr. m^2* || **24** ⟨salva *vel* quom⟩ salute *Klussmann* || **25** contollat *h* conferat *ma n* || **26** *ἐμβλέψαι Plutarchus et Stobaeus* *εἰσβλέψαι* *codd. Eurip.* | Euripides *Schopen* *ευϱιπιδης V*

me habeo, ut vel hinc aestimatu facile sit tibi, quod haec precaria manu
2 scribo. sane quidem quod ad vires adtinet, incipiunt redire: pectoris
etiam dolor nullus residuus; ulcus autem illud *ἀπεργάζεται τῆς ἀρτηρίας*.
nos remedia experimur et ne quid operae nostrae claudat advigilamus. |
V 187 neque enim ulla alia re tolerabiliora diuturna incommoda fieri sentio 5
quam conscientia curae diligentis et temperantiae medicis obsequentis.
turpe alioqui fuerit diutius vitium corporis quam animi studium ad
reciperandam sanitatem posse durare.
Vale mi iucundissime magister. salutat te mater mea.

9. DOMINO MEO 10

1 Accepi litteras tuas elegantissime scriptas, quibus tu intervallo desiderium litterarum mearum obortum tibi esse ais. est igitur vera Socrati opinio doloribus ferme voluptates conexas esse[a]), cum in carcere dolorem constricti vinculi voluptate resoluti conpensaret. item profecto in nobis quantum molestiae absentia, tantum commodi adfert desiderium inrita- 15
tum. nam desiderium ex amore est. igitur amor cum desiderio auctus
2 est, quod est in amicitia multo optimum. tum quod quaeris de valetudine mea, iam prius scripseram tibi me umeri dolore vexatum ita vehementer quidem, ut illam ipsam epistulam, qua id significabam, scribendo dare operam nequirem, sed uterer contra morem nostrum | † † 20

10. ⟨MAGISTRO MEO SALVTEM⟩

⟨Haec me in praesentia⟩ † †
V 142 ⟨Vale mi Fronto caris⟩|sime. mater mea te salutat. consulem nostrum saluta et matronam nostram.

m^2 in margine[a]) Socrati opinio est doloribus voluptates esse conexas 25

13 *cf. Plato, Phaedo 60 b–c; Nachträge zu Otto, Sprichwörter 229 s. v. voluptas*

1 praecaria *V* || 3 ulcuos *m^1 corr. m^2* | *απεργαζεται V* *ἀπέργασται Mai*[2] *ἀπεξήρανται Naber* *ἀπέρχεται Klussmann* *ἀπηγρίανται v. Herwerden* *ἀπήρασται Schenkl* *ἀφήρπασται Novák* *ἀπεράσεται Orth* || 4 operae nostrae *m^2* opere nostra *m^1* opere nostro *Mai*[2] opera nostra *Klussmann* || 5 ddiuturna *m^1 corr. m^2* || 7 sstudium *m^1 corr. m^2* || 9 mi *m^2* me *m^1* | iucundissimae *V* || 11 elegantissimae *m^1 corr. m^2* || 12 Socrati⟨s⟩ *Hauler* || 16 auctus] iunctus *Allen* || 17 est[2] *add. m^2* | multo *m^2* multa *m^1* | quaeris] a *add. m^2* || 19 quidem *m^2* quidam *m^1* || 20 set *V* *post V 187 quattuor pag. desunt* | nostrum ⟨precaria manu⟩ *Ehrenthal* ⟨aliena manu⟩ *Haines* || 21 *suppl. Haines* Caesar Frontoni *Mai*[2] || 22 *ex indice suppl.* inpraesentiarum *dellaCorte* || 23 *suppl. Mai*[2]

11. CAESAR FRONTONI

Volentibus dis spem salutis nancisci videmur: alvi fluxus constitit, febriculae depulsae; macies tamen pertenuis et tus⟨s⟩iculae nonnihil restat. profecto intellegis de parvola nostra Faustina haec me tibi 5 scribere, pro qua satisegimus. tibi valetudo an pro meo voto se adcommodet, fac sciam, mi magister.

12. FRONTO CAESARI

Ut ego, di boni, consternatus sum lecto initio epistulae tuae! quod ita 1 scriptum fuit, ut tuum aliquod valetudinis periculum significari suspi- 10 carer. postquam deinde illud periculum, quod quasi tuum principio litterarum tuarum acceperam, filiae tuae Faustinae fuisse aperuisti, quantum mihi permutatus est pavor! nec permutatus modo, verum etiam nescio quo pacto nonnihil sublevatus, dicas licet: 'leviusne tibi visum est filiae meae periculum quam meum? tibine ita visum, qui 15 praefers Faustinam id tibi esse[a]) quod lucem serenam, quod diem festum, quod spem propinquam, quod votum | impetratum, quod gaudium inte- V 141 grum, quod laudem nobilem atque incolumem?' equidem ego quid mihi legenti litteras tuas subvenerit scio; qua vero id ratione evenerit nescio; nescio, inquam, cur magis ad tuum quam ad tuae filiae periculum 20 consternatus sim, nisi forte, tametsi paria sint, graviora tamen videntur quae ad aures prius accidunt.[b]) quae denique huiusce rei ratio, tu facilius 2 scias, qui de natura et sensibus hominum scis amplius aliquid meliusque didicisti. ego, qui a meo magistro et parente Athenodoto ad exempla et imagines quasdam rerum, quas ille *εἰκόνας* appellabat, apte animo 25 conprehendundas adcommodandasque mediocriter institutus sum, hanc huiusce rei imaginem repperisse videor, cur meus translatus metus levior sit mihi visus: simile solere evenire onus grave umero gestantibus, cum illud onus in sinistrum ab dextro umero transtulere, quamquam nihil de

m[2] *in margine* [a]) quod amatur, hoc est quod lux serena, quod dies festus, quod 30 spes propinqua, quod votum impetratum, quod gaudium integrum || [b]) etsi paria sint, graviora tamen videntur quae ad aures prius accedunt

3 perttenuis *V* peritonei *Klussmann* | tusiculae *V* || 7 caescaesari *V* | Caesari Fronto *Babl* || 8 quod *m*[2] quot *m*[1] || 10 illut *V* || 11 apperuisti *m*[1] *alteram* p *del. vid. m*[2] || 12 est *m*[2] esto *m*[1] || 15 id *m*[2] at *m*[1] || 17 ego] ergo *Schwierczina* | quit *V* || 19 at *V* | at *V* || 21 tu *m*[2] ut *m*[1] || 24 apte] p *add. m*[2] || 25 conpraehendundas *V* || 26 levior] *m*[2] *in marg.* i(n) a(lio) leviter || 28 illut *V* | dextro *m*[2] dextero *m*[1] || 32 *lac. ex textu suppl.*

pondere deminutum sit, tamen ut oneris translatio videatur etiam et
3 relevatio.[a]) nunc quoniam postrema parte epistulae tuae, qua meliuscule
V 132 iam valere Faustinam nuntiasti, | omnem mihi prosus metum ac sollicitudinem depulisti, non alienum tempus videtur de meo adversus te amore remissius aliquid tecum et liberalius fabulandi; nam ferme metu magno 5
et pavore relevatis conceditur ludere aliquid atque ineptire. ego quanto opere te diligam, non minus de gravibus et seriis experimentis quam plerisque etiam frivolis sentio. quae aut cuiusmodi sint haec frivola indicabo.

4 Si quando te 'somno leni', ut poeta ait, 'placidoque revinctus' video in 10
somnis, numquam est quin amplectar et exosculer. tum pro argumento cuiusque somni aut fleo ubertim aut exulto laetitia aliqua et voluptate. hoc unum ex Annalibus sumptum amoris mei argumentum poeticum et
5 sane somniculosum. accipe aliud, rixatorium iam hoc et iurgiosum. nonnumquam ego te coram paucissimis ac familiarissimis meis graviori- 15
bus verbis absentem insectatus sum: olim hoc cum tristior quam par erat in coetum hominum progrederere vel cum in theatro tu libros vel in convivio lectitabas (nec ego dum tum theatris necdum conviviis abstinebam), tum igitur ego te durum et intempestivum hominem, odiosum
V 131 | etiam nonnumquam ira percitus appellabam. quodsi quis alius eodem 20
te convicio audiente me detrectaret, aequo animo audire non poteram. ita mihi facilius erat ipsum loqui quam alios de te sequius quid dicere perpeti; ita ut Cratiam meam filiam facilius ipse percusserim quam ab
6 alio percuti viderim.[b]) tertium de meis frivoleis addam. scis ut in omnibus argentariis, mensulis, perguleis, taberneis, protecteis, vestibulis, fenestris 25

m^2 *in margine* [a]) cum onus in sinistrum ab ⟨dex⟩tro umero transfertur, nih⟨il⟩ de pondere diminuitur, tamen ipsa translatio relevatio est || [b]) facilius filium quis suum caedit quam caedi ab alio patitur

10 *Ennius Annal. I 5 Vahlen*^{2}

1 trnslatio m^1 a *add.* m^2 || 1.2 et relevatio m^2h et elevatio m^1h relevatio *ma* elevatio *n* ellevatio *b* || 2 meliusculae m^1 *corr.* m^2 || 3 prosus m^1 prorsus m^2 || 5 aliquit *V* || 6 aliquid m^2 aliquod m^1 || 6.7 quanto opere m^2 quantopere m^1 || 7 minus] magis *Haines* || 8 haec re m^1 re *del.* m^2 || 10 siquansiquando m^1 *fort. corr.* m^2 || 11 quinnamplectar *V* || 14 aliut *V* || 16 olim hoc] quin imo *Mähly* || 17 coetu m^1 -tum *Haupt et fort. iam* m^2 | progrederer m^1 *corr.* m^2 || 18 tum *legi* tu *ma n h quod del. Haupt* | necdum m^2 nec m^1 nec ego, dum tu, theatris, nec, dum ⟨tu⟩, conviviis *Ebert* dum ego nec theatris, necdum conviviis *Desrousseaux* nec ego dum tu theatris nec dum conviviis ⟨intereras, conviciis⟩ abstinebam *Novák* nec equidem tum (*vel* nec ego tum ⟨te⟩) theatris, nedum conviviis *Haines* *alterum* dum *del. Heraeus, prius* dum *del. dellaCorte* nec ego, dum tu theatris, equidem conviviis *Orth* necdum ego tum theatris necdum conviviis *Hanslik* || 19 odiosum] iosum *add.* m^2 || 20 quotsi *V* || 21 aequo] a *add.* m^2 || 22 ⟨ob⟩loqui *Ehrenthal* || 24 frivoleis m^1 -lis m^2 || 25 pergulis tabernis protectis *corr.* m^2 | proiecteis *Blümner*

usquequaque, ubique imagines vestrae sint volgo propositae, male illae quidem pictae pleraeque et crassa, lutea immo Minerva fictae scalptaeve; cum interim numquam tua imago tam dissimilis ad oculos meos in itinere accidit, ut non ex ore meo excusserit iactum osculei et savium.

5 Nunc ut frivolis finem faciam et convertar ad serium, hae litterae tuae 7 cumprimis indicio mihi fuerunt, quanto opere te diligam, cum magis perturbatus sum ad tuum quam ad filiae tuae periculum: cum alioqui te quidem mihi, filiam vero tuam etiam tibi, ut par est, superstitem cupiam.[a]) sed heus tu videbis ne delator existas neve indicio pareas apud filiam, 10 quasi vero ego te | quam illam magis diligam. nam periculum est ne ea re V 138 filia tua commota, ut est gravis et prisca femina, poscenti mihi manus et plantas ad saviandum ea causa iratior subtrahat aut gravatius porrigat; cuius ego, dei boni, manus parvolas plantasque illas pinguiculas tum libentius exosculabor quam tuas cervices regias tuumque os probum et 15 facetum.

13. MAGISTRO MEO

C. Aufidius animos tollit, arbitratum suum in caelum fert, negat se 1 hominem iustiorem, ne quid immoderatius dicam, ex Umbria ullum alium Romam venisse. quid quaeris? iudicem se quam oratorem volt 20 laudari. cum rideo, despicit: facile esse ait oscitantem iudici assidere, ceterum quidem iudicare praeclarum opus. haec in me. sed tamen negotium belle se dedit, bene est, gaudeo.

Tuus adventus me cum bea⟨t⟩ tum sollicitat; cur beet, nemo quaerat, 2 quamobrem sollicitet, ego me dius Fidius fatebor tibi. nam quod scribendum 25 dedisti, ne paululum quidem operae ei, quamvis otiosus, dedi. Aristonis libri me hac tempestate bene accipiunt atque idem habent

m[2] *in margine*[a]) te quidem mihi, f⟨iliam vero tuam⟩ tibi, ut par est, superstitem ⟨cupiam⟩

2 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 110 s. v. Minerva 2*

1 ubique *del. Cornelissen* || 2 sculptaeve *Haines* || 4 iactum *scripsi* rictum *V* | osculei *m*[1] -li *m*[2] | et *e* st*vel* si *corr. m*[1] | savium *Haupt* somnum *V* | nictum oculi et somnum *Madvig* rictum oscitandi *Friedländer* rictum, ex oculeis somnum *Novák* rictum osculei sollemnem *vel* rictum osculi et somnium *Haines* || 5 frivolois *m*[1] -luis *m*[2] *num* frivoleis*?* | serium] u *add. m*[2] || 6 cumprimis *m*[2] comprimis *m*[1] | quanto opere *m*[2] quantopere *m*[1] || 7 sim *Orth* || 9 meve indicio prodas *Lachmann* neve indicio perdas *Hirschfeld* neve indicia facias *Cornelissen* neve indicio aperias *Orth* || 10 vere *Lachmann* | ea re *m*[1] ex ea re *m*[2] || 11 ut *add. m*[2] || 13 dei *m*[1] di *m*[2] | plantasquae *m*[1] *corr. m*[2] || 19 ⟨ma⟩volt *Eussner* || 22 se dedit] expediit *Cornelissen* | bene est *m*[2] benest *m*[1] || 23 beatum *V corr. Mai*[2] || 27–28 *lac. supplevi,* etiam *ob spatium omisi*

male: cum docent meliora, tum scilicet bene accipiunt; cum vero osten-
V 137 dunt, quantum ab his melioribus ingenium | meum relictum sit, nimis quam saepe erubescit discipulus tuus sibique suscenset, quod viginti quinque natus annos nihildum bonarum opinionum et puriorum rationum animo hauserim. itaque poenas do, irascor, tristis sum, ζηλοτυπῶ, cibo 5
3 careo. his nunc ego curis devinctus obsequium scribendi cotidie in diem posterum protuli. sed iam aliquid comminiscar et, quod orator quidam Atticus Atheniensium contionem monebat 'nonnumquam permittendum legibus dormire'[a]), libris Aristonis propitiatis paulisper quiescere concedam meque ad istum histrionum poetam totum convertam lecteis 10 prius oratiunculeis Tullianeis. scribam autem alterutram partem, nam eadem de re diversa tueri numquam prosus ita dormiet Aristo uti permittat.

4 Vale mi optime et honestissime magister. domina mea te salutat.

Legi emendavi qui supra 15
M. Frontonis lib. IIII expl.

Fragm. apud Charis. Ars Gramm. II p. 256, 8–10 Barwick: Fronto quoque ad Marcum invicem libro IIII: satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuis.

m^2 *in margine*[a]) orator Atheniensium contionem monebat nonnumquam permit- 20 tendum legibus dormire

7–9 *cf. Plutarch. Ages. 30, 4*

5 animos *V corr. Mai*^{2} | ζελοτυπω *V* || 8 Atticus] anticus *Heraeus* || 9 in libris m^1 in *del.* m^2 || 10 histrionicum *Haupt* pistorium *Baehrens* historiarum *Orth* istum Lucilium tribunum plebis totum *Haines* || 10–11 lectis prius oratiunculis tullianis *corr.* m^2 || 11 ⟨in⟩ alterutram *Eussner* || 12 diversa m^2 deversa m^1 | uti ⟨id⟩ *Haines* | permittas *V corr. Mai*^{2} || 15 *scr.* m^2 || 19 cottidie *malim, nisi excidit substant.* | tribuis **n**^{1} trib(us) **N**

IN. LIB. V EPISTVLAR. AD M. CAESAREM ET INVICEM

1. DOMINO MEO

Si quicquam nos amas, dormei per istas noctes, ut forti colore in senatum venias et vehementi latere legas.

5 unm *V* || 10 novum *p. 77, 22* || 13 et *deest p. 78, 17* || 17 Aridelus *p. 79, 25* || 18 facit *ex* facti *corr.* | facti virtus *p. 80, 6* || 19 Cratia *Champlin* gratia *V* || 20 possum m^1 possit m^2 || 21 Caietae *Mai*^{2} caletae *V* || 23 *p. 82, 2* salvos m^1 -vus m^2 || 29 *p. 83, 12* quom m^1 cum m^2 | salubre *p. 83, 12* || 31 quom *p. 83, 18* || 33 cum] quom *p. 74, 11* | Cratiam *Champlin* gratiam *V* || 34 dolores *p. 74, 17* || 37 tam] iam *p. 84, 27* || 39 prodormi ⌊ *V* -mii *Mai*^{2} || 41 dormei] e *del.* m^2

2. MAGISTRO MEO

Ego te numquam satis amabo: dormiam.

3. DOMINO MEO

Miserere, unum verbum de oratione ablega et quaeso ne umquam eo utaris: 'dictionem' pro orationem. 5
Vale, domine, mea gloria immortalis. matrem dominam saluta.

4. R(ESCRIPTVM)

Cras me de hoc verbo tibi, si admonueris, defendam. |[4] - - -

5. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Quam fortis advenias⟩ - - - 10

6. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Fortes venimus⟩ - - -

7. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Sume cibum, domine⟩ - - -

8. ⟨MAGISTRO MEO⟩ 15

⟨Sumpsi cibum⟩ - - -

9. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Si animus Faustinae⟩ - - -

10. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Et consilio tuo obsequor⟩ - - - 20

11. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨At Hercule compleri tem⟩ - - -

5 orationem] m *del. m*^{2} || 8 admonueris] ad me veneris *Schopen* | *post V 127 quattuor pag. desunt* || 9 *sqq. titulos suppl. Haines initia ex indice suppl.* || 22 tem-⟨pus⟩ *Haines*

12. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Nimis diu sollicitus⟩ - - -

13. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Mirifice ego quidem⟩ - - -

5

14. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨In media incommoda⟩ - - -

15. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Adflictus sum labore⟩ - - -

16. ⟨DOMINO MEO⟩

10 ⟨Fatigatio ista tua⟩ - - -

17. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Modo mihi Cratia⟩ - - -

18. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Possum satis pro re ista⟩ - - -

15

19. ⟨DOMINO MEO⟩

⟨Caietae substiti⟩ - - -

20. ⟨MAGISTRO MEO⟩

⟨Quantam tu mihi⟩ - - - **1**
| in biduo nunc, si videtur, dentes adprimamus tamen; et quo brevius **V 106**
20 iter sit tibi recenti morbo Caietae nos opperire. facio delicias, quod ferme

19 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 85 s. v. dens 4*

1 *sqq. titulos suppl. Haines initia ex indice suppl.* || 7 Magistro meo *Hanslik* Domino meo *Haines* || 9 Domino meo *Hanslik* Magistro meo *Haines* || 12 Cratia *Champlin* gratia *index* || 14 possum m^1 possit m^2 || 16 Caietae *Mai*[2] caletae *V* || 17 Caesar Frontoni *Mai*[2] || 19 in biduo *Haines* inviduo m^1 *supra* uo *scr. nescio quid* m^2 in biduo *vel* invideo *Heraeus* | opprimamus *C. F. W. Müller* || 20 recenti m^1 *nescio quid, fort.* a, *suprascr.* m^2 recenti ⟨a⟩ *Brakman*

evenit quibus quod cupiunt tandem in manu est: differunt, affluunt, gestiunt; ego vero etiam fastidio omnia.[a])

2 Domina mater te salutat, quam ego hodie rogabo, ut ad me Cratiam perducat, 'vel fumum', inquit, 'patriae' Graius poeta. vale mi, omnia mea, magister. amo me, quod te visurus sum. 5

21. DOMINO MEO

Postquam profecti estis, genus[b]) dolore arreptus sum, verum ita modico, ut et ingrederer pedetemptim et vehiculo uterer. hac nocte vehementior dolor invasit, ita tamen ut iacens facile patiar, nisi quid amplius ingruerit. Augustam tuam vexatam audio. diis equidem salutem eius 10 commendo.

Vale, domine dulcissime. dominam saluta.

22. MAGISTRO MEO

Ludis tu quidem, at mihi peramplam anxietatem et summam aegritudinem, dolorem et ignem flagrantissimum litteris his tuis misisti, ne 15 cenare, ne dormire, ne denique studere libeat. verum tu orationis hodier-V 105 nae tuae habeas aliquod solacium; at ego | quid faciam, qui et auditionis omnem iam voluptatem consumpsei et metuo, ne Lorium tardiuscule venias, et doleo quod interim doles?

Vale mi magister, cuius salus meam salutem inlibatam et incolumem 20 facit.

23. MAGISTRO MEO

Ego dies istos tales transegi: soror dolore muliebrium partium ita correpta est repente, ut faciem horrendam viderim. mater autem mea in ea trepidatione inprudens angulo parietis costam inflixit: eo ictu 25

m^2 *in margine*[a]) quibus quod cupiunt in manu est tandem, statim diffluunt, affluunt et fastidiunt || [b]) notandum genus dolore pro genu

4 *Hom. Od. 1, 58*

1–2 differunt – gestiunt] *cf. marg.* diffluunt lasciviunt gestiunt *Hildebrand* | affluunt] abdunt *Ehrenthal* || 2 gestiunt, ⟨fastidiunt⟩ *Haines* || 3 Cratiam *Champlin* gratiam *V* || 4 graius m^2 caius m^1 Chius *Mähly* || 7 genus m^1 genu m^2n genui m^2h, *cf. p. 82, 27* | sum verum m^2 suam verbum m^1 || 10 diis m^2 dies m^1 dis *Hauler* || 15 ⟨acerbissimum⟩ dolorem *Haines* | misisti] inussisti *Schopen* inmisisti *Studemund* mi dedisti *Heraeus* || 18 consumpsei] e *del.* m^2 | tardiuscule m^2 -lei m^1 || 23 tales] male *Schopen* || 26.27 *ita e* difflunt afflunt *corr.* m^2 || 27 genu *n* genui *h*

graviter et se et nos adfecit. ipse cum cubitum irem, scorpionem in lecto offendi; occupavi tamen eum occidere, priusquam supra accumberem. tu si rectius vales, est solacium. mater iam levior est deis volentibus.
Vale mi optime, dulcissime magister. domina mea te salutat.

5

24. DOMINO MEO

Quom te salvom et inlaesum dei praestiterunt, maximas deis gratias ago. te certum habeo, cum tua instituta reputo, haud perturbatum; ego, quamlibet vos sapientes me inrideatis, consternatus equidem sum.
Vale, domine dulcissime, et deis curae esto. dominam saluta.

10

25. DOMINO MEO

Modo mihi Victorinus indicat dominam tuam | magis caluisse quam V 88 heri. Cratia leviora omnia nuntiabat. ego te idcirco non vidi, quod ex gravidine sum inbecillus. cras tamen mane domum ad te veniam; eadem, si tempestivom erit, etiam dominam visitabo.

15

26. MAGISTRO MEO

Caluit et hodie Faustina, et quidem id ego magis hodie videor mihi **1** deprehendisse; sed deis iuvantibus aequiorem animum mihi facit ipsa, quod se tam obtemperanter nobis accommodat. tu, si potuisses scilicet, **2** venisses. quod iam potes et quod venturum promittis, delector, mi
20 magister. vale mi iucundissime magister.

27. DOMINO MEO

Quomodo manseris, domine, scire cupio. ego cervicum dolore arreptus sum. vale, domine. dominam saluta.

28. MAGISTRO MEO SAL.

25 Noctem sine febri videor transmisisse; cibum non invitus cepi, nunc ago levissime. nox quid ferat, cognoscemus. sed, mi magister, cervicum dolore te arreptum, quo animo didicerim, profecto ex tua proxima sollicitudine metiris.
Vale mi iucundissime magister. mater mea salutat te.

6 quom] quod *Schopen* | deis] eis *Schopen* || **11** caluisse *Schopen* maluisse *V* valuisse *Mai*[2] incaluisse *Ellis* || **12** Cratia *Champlin* gratia *V* | leviora] laetiora *Cornelissen* || **17** depraehendisse *V* || **25** febre *Haines* || **27** didicerim m^2 dicerim m^1

V 87

29. | DOMINO MEO

Cervicum, domine, dolore gravi sum correptus, de pede dolor decessit. vale, domine optime, dominam saluta.

30. MAGISTRO MEO SAL.

Cervicum dolores si tertia quoque die remiserint, erit quod meam 5 redeuntem valetudinem maiorem in modum adiuvet, mi magister. lavi et hodie et ambulavi paulum, cibi paulo plus sumpsi nondum tamen libente stomacho.

Vale mi iucundissime magister. mater mea te salutat.

31. MAGISTRO MEO SAL. 10

Quom tibi etiamtum cervices doluerint, quom mihei scriberes, non possum aequo animo ferre neque sane volo aut debeo. ego autem iuvantibus votum tuum deis lavi hodie et cibi quantum sat erat cepi; vino etiam libenter usus sum.

Vale mi iucundissime magister. mater mea te salutat. 15

32. DOMINO MEO

Dolores quidem cervicum nihil remiserunt, sed animo bene fuit, quom te balneo et vino libenter usum cognovi. vale, domine. dominam saluta.

33. DOMINO MEO

V 102 Gravissimo dolore inguinis sum arreptus, | quo omnis dolor a dorso et 20 lumbis incubuit. vale, domine. dominam saluta.

34. MAGISTRO MEO SAL.

1 Doluisse te inguina cognosco, mi magister, et cum recordor, quantam vexationem tibi iste dolor adferre soleat, gravissimam sollicitudinem

2 gravisumcorreptussum m^1 *alterum* sum *del.* m^2 *prius* sum *del. Studemund* gravissimo correptus sum *Schwierczina* || 5 tertio *Georges* | quoque] quartaque *Ebert* || 7 et^1 *del. Heraeus* | et^2 *del.* m^2 et⟨iam⟩ *Orth* | cibi *Mai*^{2} aut *V* || 11 quom^1] cum *in indice* quod *Schopen* | quom^2 *Schopen* quo *ma n* quo *vel* quo⁻ *h* | mihei m^1 mihi m^2 || 13 lavi m^2 lamui m^1 | et *del* m^2 | civi *V* || 17 dolorem *in indice* | quom *scripsi* qum m^1 cum m^2 || 23 inguine *Eckstein*

patior. sed me levat quod spero illo spatio, quo perferebatur hoc nuntius, potuisse cedere fomentis et remediis omnem illam vim doloris. nos **2** aestivos calores adhuc experimur, sed cum parvolae nostrae, dixisse liceat, commode valeant, mera salubritate et verna temperie frui nos 5 existimamus. vale mi optime magister.

35. DOMINO MEO

Patri tuo fac notum de infirmitate mea. an me quoque scribere ei debere putes, scribe mihi.

36. R(ESCRIPTVM)

10 Statim, mi magister, indicabo domino meo necessitatem huius quietis tuae. velim tamen et a te scribi. vale mi optime et iucundissime magister.

37. DOMINO MEO

Ego prodormivi. materiam misi tibi; res seria est: consul populi Romani posita praetexta manicam induit, leonem inter iuvenes quin- 15 quatribus percussit populo Romano spectante.[a]) apud censores expostu- lat⟨ur⟩. | *διασκεύ⟨α⟩σον, αὔξησον.* V 101

Vale, domine dulcissime. dominam saluta.

38. R(ESCRIPTVM)

Quando id factum et an Romae? num illud dicis in Albano factum sub 20 Domitiano? praeterea in hac materia diutius laborandum est ut factum

*m*² *in margine*[a]) consul posita praetexta, manica sumpta leonem percussit; in Albano sub Domitiano factum

11 *cf. p. 164, 19* || 13–15 *cf. Cato p. XC sq. Jordan*

1 hoc] hic *vel* huc *Mai*² || 3 adhuc *add. m*² || 13 prodormivi] *alteram* i *add. vid. m*² perdormivi *Haines* || 15 spectante] p *add. m*² | aput *V* | expostulatur *Schopen* expostulat *V* || 16 *διασκευσον V corr. Mai*² | *αυζησον V* || 17 ddminam *V* || 19 et] est *Baehrens*

credatur quam ut irascatur. ἀπίθανος ὑπόθεσις videtur mihi, quod plane †baluceis† qualem petieram. rescribe statim de tempore.

39. MAGISTRO MEO SAL.

Vindemias ⟨l⟩aetas atque quam firmissimo corpore agere te, mi magister, opto. me adlevant nuntii de domnula mea commodiora dis 5 iuvantibus indicantes. vale mi iucundissime magister.

40. DOMINO MEO

In hortis vindemias ago. commode valeo. aegre tamen insisto dolore digitorum in sinistro pede. pro Faustina mane cotidie deos appello: scio enim me pro tua salute optare ac precari. vale mi domine dulcissime. 10 dominam saluta.

41. MAGISTRO MEO

1 Ego adeo perscripsi (tu mitte aliud quod scribam), sed librarius meus non praesto fuit, qui transcriberet. scripsi autem non ex mea sententia, V 80 nam et festinavi et tua ista valetudo aliquantu|lum detrivit mihi; sed 15 veniam cras petam, cum mittam.

2 Vale mi dulcissime magister. domina mea mater salutem tibi dicit. nomen tribuni plebis, cui inposuit ⟨no⟩tam Acilius censor, quem scripsi, mitte mihi.

42. DOMINO MEO 20

1 Tardius tibi, domine, rescribo; tardius enim libellum tuum aperui, quoniam ad agendum ad forum ibam. ego commodius me habeo, tamen

1 credatur m^2 credantur m^1 | irascatur *V* irascantur *Bücheler* augeatur *Schopen* nascatur *Eussner* ira nascatur *v. Herwerden* coarguatur *Cornelissen* irasceretur *Droz* ipsa seratur *vel* disseratur *Hauler* | *ὑπόθεσις Mai*[2] *αποθεσις V* || 1–2 quod plane baluceis *V* quod plane clamosa *Mai*[2] non ubi clamare liceat *Schopen* quod plane *ἀμβλὺς εἷς Allen* quod plena aculeis *Mähly* quod plane *δαψιλὴς οὐκ ἔστι Eussner* quod plane *ἀλύσκεις Klussmann* †quod plane† *ἀλεγίζεις Schenkl* quom plane voluerim (*vel* maluerim) *Crossley* haud plena baluceis (= ballucis) *Ebert* videtur nisi quod plane talis est *Cornelissen* quod plane fabulosa est, qualem ⟨non⟩ *Novák* quod plane babuceis *Sittl* quod plane nebula eius *Brakman* quod plane *ἀνεβάλου δίς Pearce βαλυκής vel κραυγῆς Heraeus* quod non plane illustris *vel* quod *ἀπέβαλες vel ἀποβάλλεις Hauler* quod plane balbutis *Pepe de βαλοῦ γ' εἰς cogitavi* || 4 laetas] *lac. suppl. Mai*[2] | atque m^2 que m^1 || 8 insisto m^2 inisisto m^1 || 9 scis *Ellis* scis ⟨sic⟩ *Haines* || 10 praecari *V* || 13 tu *Orelli* ut *V* et *Mai*[2] si vis *Studemund* at *Hauler* || 18 notam *Mai*[2] tam *V* | Atilius *de Boor* | scripsi⟨sti⟩ *Haines*

ulcusculum[a]) adhuc altius est. vale, domine dulcissime. dominam saluta.

M. Lucilius tribunus pl(ebis) hominem liberum, civem Romanum, cum 2 collegae mitti iuberent, adversus eorum sententiam ipsius vi in carcerem 5 compegit. ob eam rem a censoribus notatur. divide primum causam, *εἶτα εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπιχείρησον καὶ κατηγορῶν καὶ ἀπολογούμενος*. vale, domine, lux omnium tuorum. matrem dominam saluta.

43. MAGISTRO MEO

Dies mihi totus vacuus erit. si quid umquam me amasti, hodie ama et 1 10 uberem mi materiam mitte, oro et rogo *καὶ ἀντιβολῶ καὶ δέομαι καὶ* ⟨*ἱ*⟩*κετεύω*. in illa enim centumviralei non inveni praeter *ἐπιφωνήματα*. Vale, optime magister. | domina mea te salutat. volebam aliquid ubi V 79 2 clamari debeat scribere. fave mi et quaere clamosam *ὑπόθεσιν*.

44. DOMINO MEO

15 Perendie, domine, te videbo; sum enim adhuc a cubito et cervice infirmus. fer me, obsecro, nimia et ardua a te postulantem: ita in animum meum induxi posse te efficere quantum contenderis. nec deprecor quin me oderis, nisei quantum postulo perfeceris, si, ut facis, animum et studium accommodaveris.

20 Vale, domine, anima mea mihi potior. dominam matrem saluta.

45. DOMINO MEO

Annum novum faustum tibi et ad omnia, quae recte cupis, prosperum cum tibi tum domino nostro patri tuo et matri et uxori et filiae ceterisque omnibus, quos merito diligis, precor. metui ego invalido adhuc corpore 25 turbae et inpressioni me committere. si dei iuvabunt, perendie vos vota nuncupantis videbo.

Vale mi domine dulcissime. dominam saluta.

m² in margine[a]) ⟨ab⟩ ulcus ulcusculum

4–5 *cf. Plaut. Amph. 155; Men. 942; Poen. 1409; Rud. 715* || 20 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 294 s. v. vita 1*

1 adhuc *m²* adduc *m¹* | altius est] altum est *vel* alitur *Cornelissen* || 4 ipsius *m²* ipsus *m¹* | ipse iussit in carcerem compingi *Naber* | ⟨sua⟩ ipsius vi *Haines* || 9 ama *m²* amet *m¹* || 10 *ἀντιβολῶ Mai²* *αντιβομον* (*probab. quam αντιβολλον*) *V* || 10, 11 *καικετευω V* || 17 te *add. m²* | depraecor *V* || 18 nisei *m¹* nisi *m²* || 22 novom *in indice* || 24 praecor *V* || 25 inpraessioni *V* illi pressioni *Klussmann* in pressionem *Schenkl* || 28 ab] *lac. suppl. Mai²*

46. MAGISTRO MEO SALVT.

1 Et ipse prospere sis ingressus annum! omne votum tuum dei tibi ad
V 94 usum tuum, qui noster idem erit, devertant[a]) atque, ut facis, pro ami|cis bene optes, ceteris bene velis. quae pro me precatus es, scio te precatum.
2 quod a turba cavisti, tibi et meae curae consuluisti. quietius idem fiet 5 perendie, si diu valetudo tua officio functa est.

Nescio an dominam suam ⟨Cratia⟩ salutaverit. vale mi dulcissime magister. mater mea te salutat.

47. MAGISTRO MEO

1 Et nunc sanus et deinceps validus, laetus, compos omnium votorum 10 agas diem natalem, mi magister! quae mea precatio sollemnis semper auctior fit, quanto magis accedit et mihi firmitas ad diligendum et aetas suavissimae familiaritatis nostrae.
2 Vale mi magister iucundissime mihi. mater mea te salutat. Cratiae salutem dic et osculum da meo nomine. 15

48. ⟨R⟩(E)SC(RIPTVM)

1 Quaecumque mihi precatus es, omnia in tua salute locata sunt. mihi sanitas, bona valetudo, laetitia, res prosperae meae ibi sunt, cum tu corpore, animo, rumore tam incolumi uteris, tam carus patri, tam dulcis matri, tam sanctus uxori, tam fratri bonus ac benignus. haec sunt quae 20 me cum hac valetudine tamen cupientem vitae faciunt: absque te satis
V 93 su|perque et aetatis et laboris et artis et gloriae, dolorum vero et aegritudinum aliquanto plus quam satis superque.
2 Filiae meae iussu tuo osculum tuli: numquam mihi tam suavis tamque saviata visa. dominam saluta, domine dulcissime. vale et fer osculum 25 matronae tuae.

m^2 in margine[a]) omne votum tuum di ⟨ad⟩ usum tuum devertant

4 praecatus *et* praecatum *V* | scio ⟨ex animo⟩ te *vel* scio te ⟨ex mente⟩ *Allen* scito ⟨tibi⟩ me precatum *Eussner* scio te ⟨ex animo⟩ *Haines* || 5 a *del.* m^2 | cavisti tibi, et *Allen* | quietus m^1 *corr.* m^2 || 6 diu *scripsi* dia $m^1 h$ dui *vel* dut $m^2 h$ dei *ma n* | valetudo *h* *nihil dispexerunt ma n* || 7 *lac. supplevi* || 11 agas *Mai*[2] magis *V* | praecatio *V* || 12 deligendum *V* || 13 familiaritati *Haupt* || 14 mi] mihi *Orth qui* mihi *del.* | Cratiae *Champlin* gratiae *V* || 15 et *del.* m^2 || 16 *lac. suppl. Hauler* || 17 et quaecumque *in indice* | praecatus *V* || 18 prosperae meae] prosperrimae *Orth* || 19 rumore] robore *Eussner* || 21 hac m^2 haec m^1 | apsque *V* | satis m^2 saltis *vel* saitis *vel* sattis m^1 || 25 saviata] savianda *Allen* | visa ⟨est⟩ *Mai*[2] | dulcissimae m^1 *corr.* m^2 || 27 *lac. suppl. Hauler*

49. DOMINO MEO

Saenius Pompeianus in plurimis causis a me defensus, postquam publicum Africae redemit, plurimis causis rem familiarem nostram adiuvat. commendo eum tibi, cum ratio eius a domino nostro patre tuo tractabi-
5 tur, benignitatem ingenitam tibi, quam omnibus ex more tuo tribuis, ut huic et mea commendatione et tua consuetudine ductus inpertias. vale, domine dulcissime.

50. R(ESCRIPTVM)

Pompeianus meritis isdem, quibus te sibi conciliavit, me quoque
10 promeruit. quare cupio omnia ei ex indulgentia domini mei patris obsecundare; nam ea, quae tibi ex sententia procedunt, gaudia sunt mea.
Vale mi magister iucundissime. Faustina et parvolae nostrae te salutant.

51. MAGISTRO MEO

15 Si te in provincia, mi magister, adierit Themistocles quidam, qui se Apollonio magistro | meo dicat philosophiae cognitum, eum sese, qui hac (V 104) hieme Romam venerit et mihi voluntate magistri per filium Apollonium sit demonstratus: ei tu, mi magister, velim quod possis bene facias, bene suadeas. nam ius et aequom omnibus Asianeis erit apud te paratissimum,
20 sed consilium, comitatem quaeque amicis sine ullo quoiusquam incommodo propria inpertire fides ac religio proconsulis permittit, peto Themistocli libens inpertias.
Vale mi iucundissime magister. rescripto nihil opus est.

52. DOMINO MEO

25 Aridelus iste, qui tibi litteras meas reddit, a pueritia me curavit, a studio perdicum usque ad seria officia. libertus vester est; procuravit vobis industrie: est enim homo frugi et sobrius et acer et diligens. petit

3 plurimis causis *del. Timpanaro* | causis] modis *Cornelissen* curis *Desrousseaux* || 4 tractavitur *V* || 5 more tuo m^2 mortuo m^1 || 16 philosophiae dicat *Haines* | eum sese *V quod servavi quamquam de* eum se ⟨es⟩se *cogitavi* eum esse *Mai*^{2} eumpse *Klussmann* eum esse se *Eussner* eumque se esse *Cornelissen* eum rere *Fröhner* eum ⟨scito⟩ esse *Haines* ⟨memento *vel* scito⟩ eum esse *vel* eum *del. Heraeus* || 17 voluntate *Mai*^{2} voluptate *V* || 18 bene m^2 *ut vid.* vene m^1 || 19 Asianeis] e *del.* m^2 || 20 quaeque m^2 quaque m^1 || 21 propria m^1 proprio m^2 || 25 arideus *in indice* || 26 perdicum] per ludum *Eussner* | procurabit *Mai*^{2}

nunc procurationem ex forma suo loco ac iusto tempore. faveto ei, domine, quod poteris. si formam non cognosces hominis, ubi ad nomen Arideli ventum fuerit, memento ⟨a⟩ me tibi Aridelum commendatum.
Vale, domine dulcissime. dominam saluta.

53. DOMINO MEO 5

V 103 [a]) Utrum facti virtus ornaverit orationem an | oratio factum nobilissimum aequiperaverit, incertus sum. certe quidem eiusdem dicta cuius illa facta. sed et fratris tui oratio me delectavit, nam et ornata fuit et cordata; et certum habeo eum minimum spatii habuisse ad meditandum.

54. R(ESCRIPTVM) 10

Reversus a convivio patris libellum tuum accepi, dimisso iam, ut cognosco, eo per quem fuerat allatus. rescribo igitur vespera multa quod tu legas die crastino. orationem patris mei parem materiae suae visam tibi nihil mirum est, mi magister. fratris autem mihi gratiarum actio eo laudabilior est, quo minus ad meditandum, ut coniectas, habuit spatii. 15
Vale m⟨i⟩ iucundissime mihi magister. mater mea te salutat.

55. DOMINO MEO

Cholera usque eo adflictus sum, ut vocem amitterem, singultirem, suspirio tum a⟨n⟩gerer, postremo venae deficerent, sine ullo pulsu venarum animo male fieret. denique conclamatus sum a nostris; neque 20 sensi aliquandiu; ne balneo quidem aut frigida aut cibo recreandi me ac fovendi medicis tempus aut occasio data; nisi post vesperam micularum [b])

m^2 *in margine* [a]) utrum facti virtus ornaverit orationem an oratio factum nobilissimum aequiperaverit, incertus sum || [b]) micularum minimum cum vino destillatum gluttivi 25

7 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. dicere 6*

1 ex forma m^2 eaorma m^1 | iusto m^2 iuo m^1 tuo *Champlin* || 3 a *add. Mai*^{2} || 6 facti virtus] facit virsus *in indice* || 7 aequiperaverit m^1 equip- m^2 *ut vid.* | ⟨haec⟩ dicta *Haines* || 13 crastini *Allen* || 14 mihi] mei *Bücheler* || 15 laudavilior *V* | coniectas] n *add.* m^2 || 16 *ita Mai*^{2} valemiucundissime m^1 *ma n b* m *del.* m^2 *n b* valeto (to *incertum*) iucundissime *h* | mihi *del. Schwierczina* || 19 tum angerer *Schopen* tu (*vel* tu') agerer *V* animam agerem *Klussmann* tumescerem *vel* tumerem *Studemund* pungerer *Hercher* [tum] angerer *Haines* turbarer *Bücheler* suspiritu macerarer *vel* suspiritum agerem *Heraeus* suspiritu agerer *Hauler* || 21 valneo *V* || 22 besperam m^1 *corr.* m^2

minimum cum vino destillatum gluttivi. ita | focilatus totus sum. postea V 86
per continuum triduum vocem non reciperavi. sed nunc deis iuvantibus
commodissime valeo, facilius ambulo, clarius clamito; denique, si dei
iuvabunt, cras vehiculo vectari destino. si facile silicem toleravero,
5 quantum pote ad te curram. tum vixero, cum te videro. a. d. VII kal.
Roma proficiscar, sei dei iuvabunt.

Vale, domine dulcissime, desiderantissime, causa optima vitae meae.
dominam saluta.

56. MAGISTRO MEO SAL.

10 Post tempus te videre cupiebam: quid tu censes post periculum? quod
suffugisse te, mi magister, iterum deis ago gratias lectis litteris tuis,
quae me rusum quasi renovant; cum commemorares, quo in loco fueris,
consternarunt. sed habeo te deis volentibus et, ut promittis, propediem
videbo et bene spero de bona longa valetudine.

15 Salutat te mater mea. vale mi iucundissime magister.

57. DOMINO MEO

Plurimos natales dies liberum tuorum prosperis tuis rebus ut celebres **1**
parentibus gratus, populo acceptus, amicis probatus, fortuna et genere
et loco tuo dignus, omni vita mea redemisse cupiam, non hac modo |
20 exigua vita, quae mihi superest, sed illa etiam quam vixi, si quomodo in V 85
integrum redigi ac pro te tuisque ac liberum tuorum commodis in solutum
dependi potest. si facile ingredi possem, hic erat dies, quo cumprimis
conplecti te cuperem, sed concedendum est pedibus scilicet, quando ipsi
parum procedunt. ego de aquarum usu delibero. si certius quid statuero,
25 faciam tibi notum.

Vale mi domine dulcissime. Faustinam tuam meis verbeis appella et **2**
gratulare et matronas nostras meo nomine exosculare, sed, uti ego soleo,
cum plantis illis et manibus. dominam saluta.

1 focilatus sum totus sum m^1 *prius* sum *del. vid.* m^2 focillatus sum, lotus sum *Madvig* focilatus sensim totus sum *Haines* || **4** si m^2 is m^1 || **6** Roma *Mai*^{2} romae *V* | sei m^1 si m^2 || **12** rusum m^1 rursum m^2 || **12–13** cum ⟨proxime priores tuae, in quibus⟩ commemorares *et* consternarint *Allen* || **13** consternarunt] consternatum me *Schwierczina* | deis *scripsi* dehis m^1 dis m^2 || **14** bona ⟨et⟩ *Studemund* || **17** tuis⟨que⟩ *Eussner* || **18** gratus *scripsi* probatus *V* optatus *Walter* | amicis carus *Eussner* amicis gratus *Cassan* amicis pergratus *Cornelissen* amicis spectatus *Orth* || **20.21** in integrum *Klussmann et fort. iam* m^2 integrum m^1 || **21** pro] p *add.* m^2 | solutum] solidum *Mai*^{2} || **23** ipsi m^2 ipse m^1 || **24** usu delibero m^2 usum deliberos m^1 || **25** tibi *add.* m^2 || **26** verbeis m^1 -bis m^2 || **27** vostras *Studemund*

58. MAGISTRO MEO SAL.

Salvos esto nobis, salva sit tibi domus tua, salva nostra; quae, si animum nostrum spectes, una est domus.[a]) recte scio autem, si vel difficulter ingredi posses, venturum te ad nos fuisse. sed venies saepe et tecum celebrabimus, si dei volent, omnia festa nostra. 5
Vale mi magister iucundissime. mater mea te salutat.

59. DOMINO MEO

Pueri dum e balneis me sellula, ut adsolent, advehunt, inprudentius ad V 100 ostium balnei fervens adflixerunt. ita genum[b]) mihi simul abrasum[c]) | et ambustum est; postea etiam inguem[d]) ex ulcere extitit. visum medicis ut 10 lectulo me tenerem. hanc causam, si tibi videbitur, etiam domino patri tuo indicabis, si tamen videbitur. etiam cras mihi adsistendum erit familiari. hodierno igitur otio et quiete labori me crastino praeparabo. Victorinus noster aget, ne me acturum putes.
Vale, domine dulcissime. dominam saluta. 15

60. MAGISTRO MEO SAL.

Auxisti curas mihi, quas opto quam primum releves sedatis tibi doloribus genus et inguinis. me autem infirmitas dominae meae matris quiescere non sinit. eo accedit adpropinquatio partus Faustinae. sed confidere dis debemus. 20
Vale mi magister iucundissime mihi. mater mea te salutat.

61. DOMINO MEO

Ipsa die qua proficisci destinabam genus dolorem sensi. spero in paucis diebus me recte fore. vale, domine optime. dominam saluta.

m² in margine [a]) salva sit tibi domus tua, salva nostra, quae, si animum nos- 25 trum spectes, una est ⟨domus⟩ || [b]) hoc genum, huius genus || [c]) genum mihi abrasum. superius [p. *72, 7*] ait: 'genus dolore arreptus sum' || [d]) inguem pro inguen

10 *cf. Lucil. 1195 Marx; Cic. De domo 5, 12*

2 salvos *m¹ et index* -vus *m²* | salva sit|tibi *m²* salvas|titibi *m¹* || 8 avehunt *C. F. W. Müller* || 9 genum|mihi *V* | adrasum *Kiessling* || 11 patri *m²* -tre *m¹* || 12 videbitur. etiam ⟨ipse scribam.⟩ cras *Eussner* | etiam *del. Heraeus* || 13 *supra* familiari *scr. duas litt. m²* || 17 relebes *V* || 23 ipso die quo *Haines* | qua *m²* quae *m¹* | genus] *supra* us *scr.* o *vel* u *m²* || 26 *lac. suppl. Naber*

62. MAGISTRO MEO SAL.

Nunc denique opto, mi magister, iucundiora indices. nam doluisse te in id tempus, quo mihi scribebas, litterae declarant. haec obambulans dictavi, nam eum motum in praesentia ratio corpusculei desiderabat.
5 vindemiarum | autem gratiam nunc demum integram sentiam, cum tua V 99
valetudo placatior esse nobis coeperit.
Vale mi iucundissime magister.

63. DOMINO MEO

Plantae, domine, dolore impedior, ideo vos per istos dies non salutavi.
10 vale, domine optime. dominam saluta.

64. MAGISTRO MEO

Quom salubre tibi est facile progredi, tunc et nobis conspectus tuus erit iucundus. id ut quam primum eveniat et dolor plantae quiescat, di iuvent. vale mi optime magister.

15

65. DOMINO MEO

Ego gravissime arreptus sum iterum ab altero inguine.

66. R(ESCRIPTVM)

Quom haec scribas mihi, ⟨mi⟩ magister, credo intellegis sollicitissimum me vota facere pro salute tua, cuius dis iuvantibus cito compotes erimus.
20 vale mi magister iucundissime.

67. DOMINO MEO

Decem tanta te amo. filiam tuam vidi. videor mihi te simul et Faustinam infantes vidisse: tantum boni ex utriusque voltu est commixtum. decem tanta te amo.
25 Vale, domine dulcissime. dominam saluta.

2 mi m^2 me m^1 || 4 corpusculei m^1 e *del.* m^2 || 5 nunc] tunc *Ebert* | demum m^2 dem m^1 | sentiam m^2 sententiam m^1 || 9 ⟨ire⟩ impedior *Heraeus* || 12 quom m^1 *et index* cum m^2 | salubri *index* | est] erit et *Cassan* est et *Schopen* | facile] e *add.* m^2 || 14 iuvent] duint *Cornelissen* || 18 quom] cum *index* | mihi mi *Haines* mihi *V* mi *Klussmann* || 23 utriusque ⟨vostrum⟩ *Bücheler*

68. MAGISTRO MEO

Et nos Cratiam, quod tui similis est, magis amamus. facile ergo in-
V 110 tellegimus, | quanta apud te sit filiolae nostrae conciliatrix similitudo
utriusque nostri, et omnino quod eam vidisti est iucundum mihi. vale mi
optime magister. 5

69. DOMINO MEO

Tertius est dies, quod per noctem morsus ventris cum profluvio patior.
hac vero nocte ita sum vexatus, ut prodire non potuerim, sed lectulo me
teneam. medici suadent balneo uti. multos nataleis tuos ut celebres a dis
precatus sum. 10

Vale, domine. dominam saluta.

70. MAGISTRO MEO

1 Tu quoque intellegis, mi magister, quid ego pro me optem: sanum et
validum te deinceps et hunc diem tuum sollemnem et ceteros vel nobis-
2 cum vel nobis utique securis pro te quam diutissime celebrare. ceterum 15
ego coniectavi statim fuisse eiusmodi aliquid, quamobrem te non vide-
rim, et, si dicendum est, delector potius talem querellam corpusculi
quam dolores aliquos intercessisse. praeterea de profluvio isto bene spero,
nam, etsi nunc te exhauserit, tamen dis volentibus confido salubriter
sponte provenisse alvum tibi verno tempore, quom alii id consulto 20
movent et machinantur.

V 109 Vale mi iucundis|sime magister. mater mea te salutat.

71. DOMINO MEO

Fauces miseras habeo, unde etiam calui per noctem. in genu dolor est
modicus. vale, domine. dominam saluta. 25

72. MAGISTRO MEO

Iam habeo quod primum et praecipuum desiderabam: desisse febricu-
lam colligo ex litteris tuis. nunc, mi magister, quod ad fauces adtinet,
brevi temperantia aspelletur, et mihi adplenior nuntius veniet.

Vale mi magister iucundissime mihi. mater mea te salutat. 30

2 Cratiam *Champlin* gratiam *V* Gratia *Ehrenthal* | ⟨te⟩ magis *Ehrenthal* || 7 quod] quom *Bücheler* || 9 nataleis] e *del.* m^2 | celebres] b *add.* m^2 || 10 praecatus *V* || 17 quaerellam m^1 querelam m^2 || 19 *post* dis *add. vid.* it (= id) m^2 || 20 quom] quam *Naber* | alii|id m^2 ali|id m^1 || 27 iam] tam *index* | praecipum m^1 *corr.* m^2 || 29 brevi m^2 brebi m^1 brevi ⟨dolor⟩ *Schopen* brevi ⟨id⟩ *Brakman* | aspelletur *Schopen* appelletur *V* depelletur *Mähly* ⟨earum miseri⟩a pelletur *Allen* pelletur *Mai*^{3} ⟨morbus⟩ avelletur *Cornelissen* | adplenior *scripsi et ita fort. iam* m^2 atplenior m^1 applenior *Beck* a te plenior *Mai*^{2} a te lenior *Schopen* at plenior *Naber* a te laetior *Cornelissen* iam levior *Brakman* a te levior *Haines*

73. DOMINO MEO

Vexatus sum, domine, nocte diffuso dolore per umerum et cubitum et genu et talum. denique id ipsum tibi mea manu scribere non potui.

74. HAVE MI MAGISTER OPTIME

5 Egone ut studeam, cum tu doleas, praesertim cum mea causa doleas? **1** non me omnibus incommodis sponte ipse adflictem? merito hercule. quis enim tibi alius dolorem genus, quem scribis nocte proxuma auctum, quis alius eum suscitavit nisi Centum Cellae, ne me dicam? quid igitur faciam, qui nec te video et tanto angore | discrucior? adde eo quod, **V 84**
10 etiamsi libeat studere, iudicia prohibent, quae, ut dicunt qui sciunt, dies totos eximunt. misi tamen tibi hodiernam *γνώμην* et nud⟨i⟩ustertianum locum communem. heri totum diem in itinere adtrivimus. hodie difficile **2** est ut praeter vespertinam *γνώμην* quicquam agi possit. 'nocte', inquis, 'tam longa dormis?' et dormire quidem possum, nam sum multi somni;
15 sed tantum frigoris est in cubiculo meo, ut manus vix exseri possit. sed revera illa res maxime mihi animum a studiis depulit, quod, dum nimium litteras amo, tibi incommodus apud Portum fui, ut res ostendit. itaque valeant omnes Porci et Tulli et Crispi, dum tu valeas et te vel sine libris firmum tamen videam.
20 Vale, praecipuum meum gaudium, magister dulcissime. domina mea **3** te salutat. *γνώμας* tres et locos communes mitte.

Emendavi
Ad Caesarem lib. V

3 manu m^2 manus m^1 || 11 eximunt *Heraeus* exhibent m^1 m^2 *in marg.* i(n) a(lio) eximent | nudustertianum *V corr. Mai*^{2} || 14–15 multi somni; sed] multi somni et *Klussmann* multisomnis et *Schwierczina* || 15 exseri m^2 exseris m^1 || 17 portum m^1 porcium m^2 *ut vid.* || 18 porci et tulli m^1 porcii et tullii m^2 || 21 *γνομας V* || 22 *scr.* m^2

M. FRONTONIS AD ANTONINVM IMP. ET INVICEM LIB. I

I. MAGISTRO MEO

1 Bonum annum, bonam salutem, bonam fortunam peto a dis die mihi sollemni natali tuo compotemque me voti fore confido; nam quem sponte 10 dei iuvisse volunt et dignum ope sua iudicant, eum commendo benignitati eorum. tu cum alia laetabilia, mi magister, in tuo animo festo die agitabis, numerato apud te, qui te valde diligant: in iis primis hunc tuum discipulum ponito, inibi dominum meum fratrem, *πάθει φιλοῦντάς σε ἀνθρώπους.*
2 Vale et perennem multis annis bonam valetudinem, mi magister, 15
3 obtine laetissimus incolumitate filiae, nepotum, generi. nostra Faustina reficit sanitatem. pullus noster Antoninus aliquo lenius tussit. quantum quisque in nidulo nostro iam sapit, tantum pro te precatur. iterum atque V 98 iterum ac | porro in longam senectam bene vale, iucundissime magister. peto a te, sed impetratum sit, ne te ob diem natalem Cornificiae Lorium 20 vexes. dis volentibus Romae paucis diebus nos videbis. sed post diem natalem tuum, si me amas, nox quae sequitur fac iam placide quiescas sine ullius instantis officii cogitatione. hoc Antonino tuo da sollicite et vere petentei.

2. ANTONINO AVGVSTO FRONTO 25

1 Seni huic et, ut tu appellas, magistro tuo bona salus, bonus annus, bona fortuna, res omnis bona: quae tu scribis ea te mihi ab dis die tibi sollem-

4 ut tua] et ut tu *p. 86, 26* || 5 pullulos *p. 91, 15* || 6 filiolos *p. 92, 2* || 9 peto m^2 poeta m^1 | ⟨festo⟩ die *Mai*^{3} || 11 iudicant *ex* ludicant *corr.* || 12 festo die m^2 festoodie m^1 festo hoc die *Haines* | agitavis *V* || 13 ⟨tum⟩ numerato *Studemund* | valde] l *supra lin. add.* m^1 || 16 optine *fort.* m^2 optime m^1 | 15–16 perenna m. a. bona valetudine, mi magister optime *Haupt* perennes m. a. bonam valetudinem, mi magister optime *Klussmann* perennes m. a. bona valetudine, mi magister optime *Sittl* perpetem m. a. bonam ⟨serva⟩ valetudinem, mi magister optime *Cornelissen* perennem m. a. bonam valetudinem, mi magister optime, ⟨habe⟩ *Novák* ⟨perripe⟩ perennem m. a. bonam valetudinem, mi magister optime *vel* valetudinem ⟨fruniscaris⟩ *Heraeus* pervive m. a. bonam valetudinem, mi magister optime *Orth* perennem m. a. bonam valetudinem ⟨valde⟩, mi magister optime *Hofer* || 18 praecatur *V* || 20 te^2 *del. Cornelissen* | ob m^2 hob m^1 | Cornificiae] a *add.* m^2 || 21 vexes] vectes *Hildebrand* vecteris *Cornelissen* || 22 placidae m^1 *corr.* m^2 || 23 sollicite] e *add.* m^2 || 24 petentei m^1 -nti m^2 || 26 et ut tu] ut tua *index* || 27 quae] quod *Schopen* quia *Naber* | ea te] eo te *Klussmann* ea *del. Studemund* beate *vel* cumulate *Pescani* | ab dis] addis *Mai*^{2}

nissimo natali meo precatum: omnia mihi ista in te tuoque fratre sita sunt, Antonine meo cordi dulcissime; quos ego postquam cognovi meque vobis transdidi, nihil umquam prae vobis dulcius habui neque habere possum, tametsi alios annos totidem de integro, quantum vixi, vivam. 5 hoc igitur unum coniunctis precibus ab deis precemur, uti vos incolumes et florentes et rei p(ublicae) familiaeque vestrae prospere potentes aetatem longam degatis. nec quicquam est praeterea, quod ego tantopere vel ab deis vel a Forte Fortuna vel a vobis ipsis impetratum | cupiam V 97 quam ut vestro conspectu et adfatu vestrisque tam iucundis litteris frui 10 quam mihi diutissime liceat, eique ego rei, sei fieri possit, repuerascere opto.

[a]) Nam quod ad ceteras res alioqui adtinet, sat vitae est. video te, Antonine, principem tam egregium quam speravi, tam iustum, tam innocentem quam spopondi, tam gratum populo Romano et acceptum quam 15 optavi, tam mei amantem quam ego volui, tam disertum quam ipse voluisti. nam ubi primum coepisti rursum velle, nihil offuit interdum noluisse. fieri etiam vos cotidie facundiores video et exulto quasi adhuc magister. nam quom omnis virtutes vestras diligam et amplectar, fateor tamen praecipuum me et proprium gaudium ex eloquentia vestra capere. 20 itidem ut parentes, cum in voltu liberum oris sui lineamenta dinoscunt, ita ego cum in orationibus vestris vestigia nostrae sectae animadverto[b]), *γέγηθε δὲ φρένα Λήτω*: meis enim verbis exprimere vim gaudi mei nequeo. 2

[c]) Nec te recordatio ista urgeat nec omnino angat quod tibi conscius es 3 25 non perpetuam operam eloquentiae dedisse. nam ita | res habet: qui V 92 magno ingenio praeditus recta via ad eloquentiam a principio inductus atque institutus fuerit, tametsi interdum concessarit aut restiterit, ubi primum progredei denuo et pergere visum erit, coeptum illud iter confecerit setius fortasse aliquo, minus tamen nihilo. crede autem hoc mihi: 30 omnium hominum, quos ego cognoverim, uberiore quam tu sis ingenio

m[2] *in margine*[a]) panegyrice || [b]) itidem ut parentes cum in vol⟨tu libe⟩rum oris sui liniamenta dinoscunt, ita et magister cum in oratione discipuli vestigia facundiae suae animadvertit || [c]) adhortatio ad eloquentiam

22 *Hom. Od. 6, 106* || 26 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. via 2*

1 praecatum *V* || 4 quantum] quot iam *Haines* || 5 praecibus *et* praecemur *V* || 9 frui] i *add. m*[2] || 10 mihi quam *Novák* | sei *m*[1] si *m*[2] | posset *Haines* || 15 tam[1]] m *add. m*[2] | dissertum *m*[1] *corr. m*[2] || 16 rursum] prorsum *Cornelissen* || 17 facundiores *ex* facundioreis *corr. m*[1] || 20 liniamenta *V* || 21 nostrae *m*[2] nostra *m*[1] || 22 *δέ τε φρένα cum codd. Hom. Timpanaro* | gaudi *m*[1] -dii *m*[2] || 26 a *Mai*[2] *et fort. iam m*[2] at *m*[1] ab *Haines* || 27 atque *m*[2] *ut vid.* adque *m*[1] || 28 progredei *m*[1] -di *m*[2] || 31 panegyrice] y *in* e *vel* i *corr. vel inverso ordine, altera* e *probab. quam* o *h* panygyracus *b* | tu libe *desecto folio interiit*

adfectum comperisse me neminem. quod quidem ego magna cum lite Victorini nostri et magna eius cum bile adiurare solebam, cum eum adspirare ad pulchritudinem ingeni tui posse negarem. tum ille meus Rusticus Romanus, qui vitam suam pro unguiculo tuo libenter dediderit[a]) atque devoverit, de ingenio tamen invitus et tristis aegre concedebat. 5

4 Unum tibi periculum fuit, Antonine, idem quod omnibus qui sublimi ingenio extiterunt, ne in verborum copia et pulchritudine clauderes; quanto enim ampliores sententiae creantur, tanto difficilius verbis vestiuntur[b]), nec mediocriter laborandum est ne procerae illae sententiae male sint amictae neve indecorius cinctae neve sint seminudae.[c]) 10

V 91 5 | Meministin eius orationis tuae, quam vixdum pueritiam egressus in senatu habuisti? in qua, cum imagine utriculi ad exemplum adcommodandum usus esses, anxie verebare, ne parum pro loci et ordinis dignitate *τὴν εἰκόνα* usurpasses, meque primam illam longiusculam ad te epistulam scripsisse, qua id, quod res est, augurabar, magni ingeni signum esse ad 15 eiusmodi sententiarum pericula audaciter adgredi, sed quod eo opus esset, tuo te studio et nonnulla nostra opera adsecuturum, ut digna tantis sententiis verborum lumina parares.[d]) quod nunc vides provenisse et, quamquam non semper ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, tamen sipharis et remis te tenuisse iter, atque ut primum vela pandere 20 necessitas impulit, omnis eloquentiae studiosos ut lembos et celocas facile praetervehi.

6 Haec ut scriberem productus sum proxuma epistula tua, qua scripsisti exolescere paulatim quaecumque didicisses; mihi autem nunc cum maxime florere quae didicisti atque adolescere videntur. an parum 25 animadvertis, quanto studio quantoque favore et voluptate dicentem te V 82 audiat senatus | populusque Romanus? et spondeo, quanto saepius audierit, tanto flagrantius amabit: ita multa et grata sunt ingeni et oris et vocis et facundiae tuae delenimenta. nimirum quisquam superiorum

m² in margine[a]) qui vitam suam pro ungiculo tuo libenter devoverit || [b]) quanto 30 ampliores sententiae creantur, tanto difficilius verbis vestiuntur || [c]) agendumque ne sint male amictae, indecorius cinctae, seminudae || [d]) augurabar magni ingenii signum esse ad eiusmodi sententiarum pericula audacter adgredi, ut digna isdem verborum lumina parares

4 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 220 s. v. unguiculus* || 14 *cf. p. 56, 5 sqq.* || 20 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 244 s. v. remus*

2 adiurare *ma n h* adierare *m¹b* adiurare *m²b* || 3 ingeni *m¹* -ii *m²* || 5 tristis *del. Cornelissen* || 11 meministi *Haines* || 14 longiusculam *m²* loggiusculam *m¹* | te *Mai²* se *V* || 15 scribsisse *V* || 20 te *add. m² ut vid.* || 21 celoces *Haines* || 23 perductus *Hauler* || 24 cum] quam *Orth* || 28 ⟨te⟩ audierit *et* ⟨te⟩ amabit *Orth* | amabit *m² ut vid.* -vit *m¹* | ingeni *m¹* -nii *m²* || 29 nimirum] num *Cornelissen* etenim num *Orth*

imperatorum (imperatoribus enim te comparare malo, ne viventibus comparararem) quisquam illorum his figurationibus uteretur, quae Graeci schemata vocant? ne longius repetam, vel proximo senatu, cum Cyzicenorum gravem causam commemorares, ita orationem tuam figurasti, quam
5 figuram Graecei παράλειψιν appellant, ut praetereundo tamen diceres et dicendo tamen praeterires.[a]) in quo multa simul laudanda sunt: primum hoc te doctissime perspexisse sociorum graves aerumnas non perpetua neque recta aut prolixa oratione exaggerandas, indicandas tamen esse inpensius, ut digni senatus misericordia et auxilio viderentur. deinde ita
10 breviter rem omnem atque ita valide elocutus es, ut paucissimis verbis omnia quae res posceret continerentur, ut non ocius aut vehementius terra urbem illam quam animos audientium tua oratio moverit. ecquid adgnoscis formam | sentientiae Tullianae: 'ut non ocius aut vehementius V 81 terra urbem illam quam animos audientium tua oratio moverit'? ut
15 quisque amore quempiam deperit, eius etiam naevolos saviatur.[b]) sed 7 mihi crede amplissimum te iam tenere in eloquentia locum brevique summum eius cacumen aditurum locuturumque inde nobiscum de loco superiore, nec tantulo superiore quanto rostra foro et comitio excelsiora sunt, sed quanto altiores antemnae sunt prora vel potius carina.[c]) praeci-
20 pue autem gaudeo te verba non obvia arripere, sed optima quaerere. hoc enim distat summus orator a mediocribus, quod ceteri facile contenti sunt verbis bonis, summus orator non est bonis contentus, si sint ulla meliora.[d])

Sed haec certo loco ac tempore pluribus vel scribemus ad te vel coram 8
25 conloquemur. ut voluisti, domine, et ut valetudo mea postulabat, domi

*m*² *in margine*[a]) paralemsis, ut praetereundo dicamus et dicendo praetereamus || [b]) ut quisque amore quempiam deperit, eius etiam neuvolos saviatur || [c]) locuturum de loco superiore, quantum rostra foro et comitio celsiora sunt, quantum altiores antemnae prora vel carinis || [d]) .... eta .... sed
30 optima quaerenda: bonus orator non est conte⟨ntus⟩ bonis verbis, si sint ulla mel⟨iora⟩

15 *cf. Cic. Nat. deor. I 79; cf. Nachträge zu Otto, Sprichwörter 255 s. v. naevus*

1 imperatoribus] superioribus *Schopen* || 2 comparem *Mai*² | quisquam, ⟨inquam⟩ *Baehrens* | comparem) num quisquam *Cornelissen* || 3 σχήματα *Haines* || 4 causam] casum *Schopen* || 4–5 quam – appellant *del. Schopen* || 6 quo] qua *Haines* || 10 validae *m*¹ *corr. m*² || 12–14 ecquid – moverit *del. Orth* || 13 sententiae *Schopen* sentire *V* sentire Tullianae ⟨conclusionis⟩ *Mai*² | aut *add. m*² || 15 deperit *m*² *in marg.* dederit *m*¹ | nevolos *V* || 16 iam *m*² lam *m*¹ | *post* locum *scr.* tene *m*¹ *quod del. m*² || 21 ceteri *m*² cetere *m*¹ || 24 certo] apto *Cornelissen* || 25 conloquemur *m*² collo- *m*¹ | postulavit *Orth* || 29–30 sed optima quaerenda *incertum; post* quaerenda *in fine obscuro versus fort.* non obvia *addendum* || 30–31 *lac. suppl. Brakman*

mansi tibique sum precatus, ut multos dies natales liberum tuorum prospere celebres. pullo nostro tussiculam sedaverit et dies clementior et nutrix eius, si cibis aptioribus vescatur: omnia enim remedia atque V 108 omnis medelae fovendi⟨s⟩ infantium faucibus[a]) | in lacte sunt sitae.

9 In oratione tua Cyzicena, cum deos precareris, 'et si fas est, obsecro' 5 addidisti, quod ego me non memini legisse. obsecrari enim et resecrari populus aut iudices solebant[b]), sed me forsitan memoria fugerit: tu diligentius animadvertito.

10 Me quoque tussicula vexat et manus dexterae dolor, mediocris quidem, sed qui a rescribenda longiore epistula inpedierit; dictavi igitur. 10

11 Quoniam mentio παραλείψεως habita est, non omittam quin te impertiam quod de figura ista studiosius animadverterim, neque Graecorum oratorum neque Romanorum, quos ego legerim, elegantius hac figura usum quemquam quam M. Porcium in ea oratione, quae de sumptu suo inscribitur[c]), in qua sic ait: 'Iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scrip- 15 ta erat de ea re, quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. tabulae prolatae; maiorum bene facta perlecta; deinde quae ego pro re p(ublica) fecissem leguntur. ubi id utrumque perlectum est, deinde scriptum erat in oratione: "numquam ego pecuniam neque meam neque sociorum per ambitionem dilargitus sum." attat, noli noli scribere, inquam, istud: 20 V 107 nolunt | audire. deinde recitavit: "numquam ⟨ego⟩ praefectos per sociorum vestrorum oppida inposivi, qui eorum bona, liberos diriperent." istud quoque dele: nolunt audire. recita porro. "numquam ego praedam neque quod de hostibus captum esset neque manubias inter pauculos amicos meos divisi, ut illis eriperem qui cepissent." istuc quoque dele: 25 nihil ⟨e⟩o minus volunt dici; non opus est recitato. "numquam ego

m[2] *in margine*[a]) omnia infantium remedia sita sunt in lacte nutricis || [b]) obsecrari et resecrari iudices solebant aut populus || [c]) mire de paralempseos figura Cato in oratione, quae de sumptu suo inscribitur

5 *cf. Plaut. Bacch. 1025* || 15 *sqq. Cato Orat. rel. p. 37 Jordan; fr. 171 Orat. Rom. Fr. Malcovati; Orat. Reliquiae fr. 168–169 Sblendorio*

1 praecatus *V* | liberorum *Orth* || 4 fovendis *Mai*[2] fovendi *m*[2] offendi *m*[1] offensis *Novák* || 5 praecareris *V* || 7 me *m*[2] em *m*[1] || 10 longiore] e *add. vid. m*[2] || 11 omittam] o *add. m*[2] || 14 sumtu *V* || 15 caudicem *m*[2] claudicem *m*[1] || 17 maiorum *Mai*[2] malorum *V ut vid.* || 20 attat] at tu *vel* attamen *Orth* | scribere] s *supra lin. add. m*[1] peribere *Mommsen* servare *Novák* recitare *Haines del. Leo* || 21 numquam ego *Schaefer* numquos *V* numquam *Mähly* || 22 bona ⟨coniuges⟩ liberos *Meyer* bona liberos ⟨coniuges⟩ *Castiglioni* || 23 istuc *Jordan* || 24 manubias *m*[2] manibias *m*[1] || 26 nihil eo minus *vel* nihilo magis *Allen* nihilominus *V* nihil minus *Jordan* || 28 mire de] quam recte *Naber* mirifice *Studemund* miro modo *Hauler* || 29 *post* Cato *in fine obscuro versus suppl.* usus est *Mai*[2]

evectionem datavi, quo amici mei per symbolos pecunias magnas caperent." perge istuc quoque uti cum maxime delere. "numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi neque eos malo publico divites feci." enimvero usque istuc ad lignum dele.
5 vide sis, quo in loco res p(ublica) siet, uti quod rei p(ublicae) bene fecissem, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non audeo, ne invidiae siet. ita inductum est male facere inpoene, bene facere non inpoene licere.'

Haec forma παραλείψεως nova nec ab ullo alio, quod ego sciam, **12**
10 usurpata est. iubet enim legi tabulas et quod lectum sit iubet praeteriri. a te quoque novom factum, quod principium orationis tuae figura ista exorsus es; sicut multa alia nova et exi|mia facturum te in orationibus **V 90** tuis certum habeo: ita egregio ingenio natus es.

3. DOMINO MEO ANTONINO AVG. FRONTO

15 Vidi pullulos tuos, quod quidem libentissime in vita mea viderim, tam **1** simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius. feci prorsus conpendium itineris Lorium usque, conpendium viae lubricae, compendium clivorum arduorum. tamen vidi te non exadvorsum modo, sed locupletius, sive me ad dexteram sive ad sinistram convertissem. sunt autem dis iuvantibus **2**
20 colore satis salubri, clamore forti. panem alter tenebat bene candidum, ut puer regius, alter autem cibarium, plane ut a patre philosopho prognatus. deos quaeso sit salvus sator, salva sint sata, salva seges sit, quae tam similes procreat.[a]) nam etiam voculas quoque eorum audivi tam dulcis, tam venustas, ut orationis tuae lepidum illum et liquidum sonum nescio
25 quo pacto in utriusque pipulo adgnoscerem.[b]) iam tu igitur, nisi caves, superbiorem aliquanto me experiere: habeo enim quos pro te non oculeis modo amem, sed etiam auribus.

m² in margine[a]) salvus sator sit, salva sata, salva seges quae similes procreat || [b]) ut orationis tuae dulcem sonum in utriusque pulli tui pipulo agnoscerem

4 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 177 s. v. lignum* || 16 *Plaut. Amph. 446* || 26 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. oculus 9 et 10*

2 cum] quam *Schaefer* || 3 disdidi *m² ut vid.* disdi *m¹* || 5 vide sis] vides in *Haines* | res *m²* re *m¹* | uti] ubi *Haupt* || 7–8 inpoene (*bis*) *m¹* inpune *m² ut vid.* || 12 facturum *m²* factaurum *m¹* || 15 pullos *index* || 16 facie *m²* facien *m¹* || 18 *fort.* locuplicius *scribendum* || 23 nam etiam] nativas *Cornelissen* | quoque *del. Haines* quoiusque *Schwierczina* || 25 utriusque ⟨pulli tui⟩ *cum marg. Mai²* | pipulo *m²* populo *m¹* || 26 superbiorem *m²* -viorem *m¹* | oculeis *m¹* e *del. m²* || 28 *post* quae *in fine versus fort.* tam *fuit*

4. MAGISTRO MEO SAL.

V 89 1 Vidi filiolos meos, quom | eos tu vidisti; vidi et te, cum litteras tuas legerem. oro te, mi magister, ama me ut amas; ama me sic etiam, quomodo istos parvolos nostros amas; nondum omne dixi quod volo: ama 2 me quomodo amasti. haec ut scriberem, tuarum litterarum mira iucunditas produxit; nam de elegantia quid dicam, nisi te Latine loqui, nos ceteros neque Graece neque Latine.[a]) domino meo fratri peto scriptites. valde volt ut hoc a te impetrem; desideria autem illius intemperantem me et violentum faciunt. 5

Vale mi iucundissime magister. nepotem tuum saluta. 10

5. ANTONINO AVGVSTO DOMINO MEO

1 [b]) 'Ante gestum, post relatum' aiunt qui tabulas sedulo conficiunt. idem verbum epistulae huic opportunum est, quae litteris tuis nuper ad me scriptis nunc demum respondet. causa morae fuit, quod, cum rescribere instituissem, quaedam menti meae se offerebant non 'supino', ut dicitur, 15 'rostro' scribenda. dein senatus dies intercessit et in senatu labor eo gravior perceptus, quod cum gaudio semul altius penetraverat, ita ut cum sole ventus.[c]) nunc haec epistula, quod non suo tempore praesto | V 96 adfuerit, veniam in relationibus usitatam poscit: 'ne fraudi sit'.

2 Quom accepi litteras tuas, ita rescribere coeperam: 'ama me ut amas', 20 inquis. huic verbo respondere paulo verbis pluribus in animo est; prolixius enim rescribere tibi tempore illo solebam, quo amatum te a me satis compertum tibi esse tute ostendis. vide, quaeso, ne temet ipse defrudes et detrimentum amoris ultro poscas: amplius enim tanto amari te a me velim credas mihi, quanto omnibus[d]) in rebus potior est certus 25

m² in margine [a]) te Latine loqui, nos ceteros neque Graece neque Latine || [b]) tota haec panygyricus || [c]) labor cum gaudio simu⟨l altius⟩ penetraverat, ita ut c⟨um so⟩le ventus || [d]) ⟨om⟩nibus rebus potior prae⟨sen⟩s fructus quam futuri ⟨sp⟩es incerta

12 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 167 s. v. gerere; cf. Cic. De orat. 2, 280* || 15—16 *Otto, Sprichwörter s. v. rostrum; cf. s. v. nasus 1* || 20 *p. 92, 3* || 25 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 234 s. v. certus 1*

2 filios *index* || 7 domino meo fratri *in V scribitur quasi titulus epistulae* || 12 ante *m¹ et index* antea *m²* || 15 se *ex* sed *corr.* | offerrebant *m¹ corr. m²* || 17 semel *vel* simul *Pearce* simul *in marg.* | altius] luctus *Cornelissen* || 19 relationibus] dilationibus *Kiessling* | usitatam *ex* usitam *corr. m¹* || 20 amas⟨ti⟩ *Mai²* || 21 animo *m²* animos *m¹* animost (*pro* animo est) *Naber* || 24 defraudes *Priebe* || 27—28 *lac. suppl. Hauler* || 28—29 (omnibus *etc.*) *lac. suppl. Naber*

praesens fructus quam futuri spes incerta. egone qui indolem ingeniei tui in germine etiamtum et in herba et in flore dilexerim, nunc frugem ipsam maturae virtutis nonne multo multoque amplius diligam?[a]) tum ego stolidissimus habear agrestium omnium omniumque aratorum, si mihi cariora
5 sint sata messibus.[b]) ego vero quae optavi quaeque vovi, compos optato- 3 rum votorumque meorum damnatus atque multatus sum: in eam multam duplicatum amorem tuum defero, non, ut antiquitus multas inrogari mos fuit, mille minus dimidio. assae nutricis est infantem magis diligere quam adultum[c]); suscensere etiam | pubertati stulta nutrix solet: puerum V 95
10 de gremio sibi abductum et campo aut foro traditum. litteratores etiam isti discipulos suos, quoad puerilia discunt et mercedem pendunt, magis diligunt. [d]) ego quom ad curam cultumque ingeniei tuei accessi, hunc te speravi fore qui nunc es: in haec tua tempora amorem meum intendi. lucebat in pueritia tua virtus insita, lucebat etiam magis in adulescentia,
15 sed ita ut cum serenus dies inluculascit lumine incohato.[e]) nunc iam virtus integra orbe splendido exorta est et radiis disseminata. et tu me ad pristinam illam mensuram luciscentis amoris tui revocas et iubes matutina dilucula lucere meridie?[f]) audi, quaeso, quanto ampliore nunc sis virtute quam antea fueris, quo facilius credas, quanto amplius amoris
20 merearis, et poscere desinas tantundem.

Ut a pietate contendere te tibimet incipiam, obsequia erga patrem tua 4 pristina commemorabo eaque cum praesentibus officiis comparabo. quis ignorat, ubi pater tuus minus valeret, te iuxta cum eo carere balneo,

*m*² *in margine* [a]) ego qui indolem ingenii tui in germine, in herba, in flore dile-
25 xerim, nunc frugem ipsam non amplius diligam? || [b]) agrestium aratorumque omnium stolidissimus habear, si mihi cariora sint sata messibus || [c]) nutricis est infantem magis diligere quam adultum || [d]) panygyricus || [e]) lucebat in pueritia tua virtus insita ita ut cum serenus dies inluculascit lumine inchoato || [f]) tu me ad amoris lucescentis crepusculum provocas, ego te ad meridiem, ubi ille integro
30 orbe calor altus est

2 *Otto, Sprichwörter s. v. herba 1* || 8 *cf. Cato, Orig. V 5 p. 24 Jordan; fr. 122 Sblendorio; Hist. Rom. Rel. fr. 95e Peter; Naevius Com. 33 Ribbeck*³

1 ingeniei *m*¹ -nii *m*² | tuei *Novák* || 3 maturae *Mai*² naturae *V* || 4 aratorum *m*² *in marg.* oratorum *m*¹ || 5 ⟨eorum⟩ quae *Haines* || 6 votorumque] *alteram* o *add. m*² || 7 defero *Boissonade* desero *V* debeo *Studemund* desidero *Beutner* || 8 fuit *Mai*² ruit *V ut vid.* | mille] familiae *Studemund* | dimidio. assae *Mai*² dimidio asse *Mai*³ *vocabulo* assae *inc. novum capitulum in V* || 8–9 assae – adultum *del. Cornelissen* || 9 pubertatis *m*¹ *corr. m*² || 10 aut] ac *Cornelissen* || 11 isti] insciti *Cornelissen* | ⟨pueri⟩ puerilia *dellaCorte* || 12 quom *Mai*² quod *V* | ingenii tui *m*² || 15 dies *add. m*² || 16 integro orbe splendide exorta et radiis discriminata est. tu *Cornelissen* | et² *Klussmann* est *V* || 22 eaque *m*² eaquae *m*¹ || 23 valeret *ex* vateret *corr.* || 28 inchoato *in* incohato *corr. vid.*

vino, aqua etiam et cibo temet deducere solitum?[a]) nulla umquam te neque somni neque vigiliae neque cibi | ⟨neque itineris prope tua tempora habuisse, sed patris temporibus servisse?⟩ † †

6. ⟨MAGISTRO MEO SALVTEM⟩

⟨Minus valui, mi magister⟩ † † †

7. ⟨ANTONINO AVGVSTO DOMINO MEO⟩

⟨Si ambulare iam⟩ † † †

8. ⟨MAGISTRO MEO SALVTEM⟩

⟨Festino, mi magister⟩ † † †

9. ⟨ANTONINO AVGVSTO DOMINO MEO⟩

⟨Non reticebo quid⟩ † † †

10. ⟨MAGISTRO MEO SALVTEM⟩

⟨Ego, mi magister⟩ † † †

m[2] *in margine*[a]) nulla umquam neque somni neque vigiliae neque itineris ⟨pro⟩-pe tua tempora habuisti, se⟨d pat⟩ris temporibus servis⟨ti⟩

1 diducere *Novák* || 2 *post* cibi *duo versus vacui* | *post V 95 permultae pag. desunt* | neque *etc. e marg. suppl.* || 3 ⟨in⟩servisse *Haines* || 4–13 *titulos suppl. Haines initia ex indice suppl.* || 7 iam ⟨poteris *vel* potero⟩ *Haines* || 9 magister, ⟨scribere⟩ *Haines* || 14 *lac. propter folium desectum* | prope] *lac. supplevi* ⟨per⟩-petua *Hauler* || 15 sed patris *ma n fort. coniectura* se — teris (te *incertissimum*) *h* se⟨d pos⟩teris *Hauler* | servisti *suppl. Mai*[2]

⟨M. FRONTONIS AD ANTONINVM IMP. ET INVICEM LIB. II⟩

1. ⟨DOMINO MEO ANTONINO AVGVSTO FRONTO⟩

† | abripere te praeut dicitur, immo cellae filios; tantam de thesauris A 104 1
5 Antonini pecuniam prodigei, quam nescio quae ista altilis alumna accipiat, unde nihil Egatheus acceperit. quanti vero rumores adversi, quantae querimoniae exorientur bonis lege Falcidia distractis? lineam istam famosam atque celebratam ceteraque tantae pecuniae ornamenta quis emet? tua uxor si emerit, praedam invasisse et minimo aere eripuisse
10 dicetur, eoque minus ad eos, quibus legatum erat, pervenisse. an non emet haec ornamenta Faustina? quis igitur emet margarita[a]), quae filiabus tuis legata sunt? iis margaritis collos[b]) filiarum tuarum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies turgida ornetur?

An hereditas Matidiae a vobis non adibitur? summo genere, summis 2
15 opibus nobilissima femina de vobis optime merita intestata obierit? ita prosus eveniet, ut, cui funus publicum decreveris, ei ademeris testamentum. adhuc usque in omnibus causis iustum te et gravem et sanctum iudicem exhibuisti: ab uxorisne tuae causa prave iudicare inchoabis? tum tu quidem ignem imitaberis, si proximos am|bures, longinquis A 103
20 lucebis.[c])

2. R(ESCRIPTVM) MAGISTRO MEO

Ergo magister meus iam nobis et patronus erit! equidem possum 1 securus esse, cum duas res animo meo carissumas secutus sim, rationem

*m*² *in margine*[a]) hoc margaritum et haec margarita genere neutro, et genere
25 feminino haec margarita et heae margaritae, ut Cicero De signis [*in Verr. II 4, 1*]: 'nullam gemmam aut margaritam' || [b]) collos || [c]) ignis proximos adurit et longinquis lucet

19–20 *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 253 s. v. ignis*

1–4 *plures pag. desunt* || 1–2 M. Cornelii Frontonis Epistularum ad *etc. Mai*² || 3 *supplevi* Domino meo *Mai*² || 4 abripere *m*¹ abrapere *m*² | te praeut] praeut *fort. ex* praeest *corr. m*¹ preces *fort. m*² *post* te *interpungit A* tephrae ut *Studemund* | ⟨hereditatem⟩ abripere terrae ut *Buttmann* ⟨noli committere hereditatem Matidiae⟩ abripere terrae ut *Kübler* ⟨praedam⟩ abripere terrae ut *Haines* te praeut dicitur olim procellae filios *Mähly* | thensauris *A* || 5 prodigei *m*¹ prodigi *m*² || 6 accipiat] accipiet *Haines* | Egatheus] legitimus heres *Buttmann* legitimus acceperit ⟨heres⟩ *vel* †egat† heres *Heindorf* Augustus *Niebuhr* || 10 an *m*¹ ac *vel* aut *m*² at *Buttmann* || 22 patrogus *m*¹ *corr. m*² || 26 ullam *Cicero* | longinquis *ex* langavis *corr.*

veram et sententiam tuam. di velint ut semper, quod agam, secundo iudicio tuo, mi magister, agam.

2 Vides quid horae tibi rescribam. nam post consultationem amicorum in hoc tempus collegi sedulo ea quae nos moverant, ut domino meo perscriberem faceremque eum nobis in isto quoque negotio praesentem. 5 tum demum ⟨ἐγὼ⟩ θαρσήσω τοῖς βεβουλευμένοις, cum fuerint ab illo comprobata. orationem, qua causam nostram defendisti, Faustinae comfestim ostendam et agam gratias ei, quod mihi talis epistula tua legenda ex isto negotio nata est. bone et optime magister vale.

Recognovi 10
Epistular. M. Frontonis
Epistular. lib. II|

Fragmentum apud Charis., Ars Gramm. II p. 267, 6–8 Barwick: 'Male' pro 'valde' Fronto ad Antoninum invicem libro II: 'male me, Marce, praeteritae vitae meae paenitet'. ceterum ⟨inep⟩tum est 'male paenitet'. 15

⟨M. FRONTONIS AD ANTONINVM IMP. ET INVICEM LIB. III⟩

1. ⟨DOMINO MEO⟩

† † †

V 158 1 | tatem historias opera apta neque illam moderationem orationi 20 accommodatam; figuras etiam, quas Graecei σχήματα vocant[a]), illum historiae, hunc orationi congruentes adhibuisse; Sallustium antithetis honeste compositis usum: 'alieni adpetens, sui profusus; satis eloquen-

m^2 *in margine*[a]) ⟨figu⟩ras quas scaemata Graeci vocant

23–p. 97, 2 *Sall. Cat. 5, 4*

3 vide *Mai*[3] | horae] hodie *Heindorf* | vide si quid hodie *Orth* || 6 tum *Mai*[1] tuum *A* | ἐγὼ *supplevi in lac. trium litt.* ⟨γὰρ⟩ *Hauler* || 7 comfestim *ma s* cumfestim *n* m^1h confestim m^2h || 9 bone] patrone *Orth* || 10 *scr.* m^2 || 12 *post A 103 plures pag. desunt* || 15 ineptum] *lac. suppl. Putsche* || 16–17 *supplevi* || 18 *supplevi* Domino meo Fronto *Haines* || 20 historias (-am *fort.* m^2) opera (*e corr.* m^2) apta *incertum h* historiae aptam *ma unde* ⟨facul⟩tatem *primo, postea* ⟨neque gravi⟩-tatem *Brakman* ⟨facili⟩tatem *vel* ⟨uber⟩tatem *Haines* || 21 graecei m^1 -ci m^2 | σχηματα *V* || 22. 23 antithetis ho|neste *ma n* antithetos . .|neste (o *incerta*) *h* || 23 honeste] venuste *Studemund* || 24 *lac. suppl. Brakman*

tiae, sapientiae parum'; paronomasia etiam non absurda nec frivola, sed
proba et eleganti: 'simulator ac dissimulator'; Tullium vero commotis-
sima et familiari orationibus figura usum, quam scriptores artium
ἐπαναφοράν[a]) vocant. Sallustius saepius epanaphoris usus iterata verba
5 'quid audivi' dum repetat, ita ⟨Tullius⟩ de Pisone . . . .: 'quis clariori-
bus viris quodam tempore iucundior, quis turpioribus coniunctior? quis
civis meliorum partium aliquando, quis taetrior hostis huic civitati?
quis in voluptatibus inquinatior, quis in laboribus patientior? quis in
rapacitate avarior, quis in largitione effusior?' et porro deinceps ab
10 eodem isto verbo sententiae inchoantur. si videbitur, id quoque animad-
vertito et cum animo tuo agitato, an pro cetero ornatu ac tumultu a
Cicerone me|dium illud inculpatum sit: 'cum omnibus communicare quod **V 157**
habebat'; nam mihi paulo hoc volgatius et ieiunius videtur.

Non . . . bis dictio coortandi post illa Sallusti et Tulli de Catilina a **2**
15 L. Antoni altera iratus an putabam ostendere in Tulli praeter vetera
ipsum . . . . se magna pars iuventutis sequebatur. idcirco hoc in scripto
iam faceres idem quod pictor Calamis, qui numquam pingere equom
quadrupedes⟨v⟩e instituerat * * * pingat.[b])

m^2 in margine[a]) quid est epanafora || [b]) - - ium - - neque - - ngeret

5 *deest in fragmentis Sallustianis* | *Cic. in Pisonem 22; 60; 87–89* || 5–9 *Cic. pro Caelio 13* || 9–10 *Cic. pro Caelio 21; 34*

1 fribola *m^1 corr. m^2* || 2 simmulator *V* | commodissima *Mai*^{2} || 4 Sallustius *legi nihil certi h* | saepius *scripsi* severius *incertissimum h* | epanaphoris *m^1* -ra *m^2* | usus *scripsi* iusta *vel* intor *h* Sallustius ⟨quoque adhibuit⟩ iterata *dellaCorte* | iterata *probab. quam* -to *h* | berba *V* || 5 quid – repetat *incertum h* | ita *scripsi* iia *vel* ica *h* | Tullius] *lac. suppl. Hauler* | pisone *probab. quam* libro . . *h* || 6 quodam tempore *cum codd. Cic.* quondam *nota cod. S. Victoris* | turpioribus viris *notae S. Victoris* || 7 partium *m^2 cum codd. Cic.* partim *m^1* || 9 et *ma n, dubitat h* ecce porro *Klussmann* et octo *vel* quot porro *Haines* || 10 incohantur *V* || 12 inculpatum *ma b* inculcatum *n* inculpatum *probab. quam* inculcatum *h* || 14 non . . . . *ma n* non ma(*vel* au)gis dumerido . . . .|di *primo, postea* . . . . . . bis dictio coortandi *h* non ⟨prorsus ineptum⟩ *Haines* | sallusti *m^1* -tii *m^2* || 14–18 *incertum ma h* || 14–15 a l anto|ni altera *h* l. anto|n . . . . *ma* || 15 iratus an *h* . . utus ait *ma, unde* L. Annae⟨us Corn⟩utus ait *Haines* L. Anton⟨ius loqu⟩utus ait *dellaCorte* | putabam ostendere *ma h* | in tulli (*m^1* -lii *m^2*) *h nihil ma* || 15.16 vetera ipsum *scripsi* veteratpsum *vel* veteratnum *h* veteranum *ma* ⟨quem exercitum⟩ praeter veteranum ⟨alacri ardo⟩re *Haines* || 16 se *h* re *ma* | magna – sequebatur *ma h* | circo *incertum ma h* | scripto] ripto *incertum ma h* i *add. m^2* schemate *Haines* || 17 iam *incertum h* tu *ma* | pictor cala(*vel* o)meis qui *h* pictor qui *ma* || 17–18 pingere – instituerat *scripsi* pingere equom quadrupede(*vel* i)s(*vel* a).e instituerat *h* equom pinge . . . . . . pro * * * * *ma antea coniecerat* pinge⟨ndum⟩ pro⟨posuerat⟩ *Hauler, vide* ngeret *in marg.* pinge⟨re conatus esset⟩ pro *Haines* pinge⟨re conatus est⟩ *Höhne* pinge⟨re se⟩ pro⟨fessus⟩ *dellaCorte* || 18 *post* instituerat *tres versus legi nequeunt* | pingat *h* pingit *ma*

3 Iugurthae forma eiusmodi est: 'qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare et, cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse. ad hoc pleraque tempora in venando agere, 5 leonem atque alias feras primus aut in primis ferire; plurimum facere,
A 82 minimum ipse de se loqui.' 'nam Iugurtha, ut erat in|pigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hostium cognovit, multo labore multaque cura, praeterea modestissime parendo et saepe obviam eundo periculis in tantam claritu- 10 dinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maximo terrori esset. ac sane, quod difficillimum inprimis est, et proelio strenuus erat et bonus consilio, quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. igitur imperator omnis fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis 15 magisque eum in dies amplecti, quippe cuius neque consilium neque inceptum ullum frustra erat. hoc accedebat munificentia animi atque ingeni sollertia, quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat. ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi 20
A 81 domi, potentes apud socios, clari magis quam honesti.' ne agrei quidem
4 forma praetereunda[a]):

'Mare saevum, inportuosum; ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus; caelo terraque penuria aquarum. genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum, ac plerosque senectus dissolvit, 25

*m*² *in margine*[a]) agri forma

1–7 *Sall. Iug. 6, 1* || 7–21 *Sall. Iug. 7, 3–8, 1* || 23–p. 99, 2 *Sall. Iug. 17, 5–6*

1–p. 101, 19 *textus Sallustianus multis locis incertus* || 1 qui] hic *Diomedes alias* qui *alias* hic *Macrobius* || 2 luxu *V cum Diomede et aliis codd. Sall.* luxui *Probus cum aliis codd. Sall.* luxui *alias* luxuriae *alias Macrobius* || 3 neque inertiae neque corrumpendum *m*² inertiae neque corrumpendum *m*¹ | ut *Probus alias* uti *alias* ut *Macrobius* || 3–4 iaculari equitare *Probus Diomedes alias* equitare iaculari *alias* iaculari equitare *Macrobius* || 4 et *ex* es *corr. vid. m*² | gloria *om. Diomedes* | anteiret *m*¹ *cum codd. Sall. Probo Diomede Macrobio* antiret *m*² || 5 esset *nonnulli codd. Sall.* | pleraque] l *ex* r *corr. m*² || 6 faeras *V* | ferire *m*¹ *m*² *suprascr.* i(n) a(lio) caedere, *cf. Proleg. XLI* || 6–7 ipse facere minima ipse *h* facere minimum ipse *ma* facere et minimum ipse *codd. Sall. praeter unum* facere minimum *unus cod. Sall. et Macrobius* || 8 tum] tunc *nonnulli codd. et Donatus* | imperator Romanis *Arusianus* || 10 modestissime *m*¹ -ume *m*² || 17 huc *codd. Sall.* | atque *m*¹ et *m*² *cum codd. Sall.* || 18 ingenii *codd. Sall.* | quibus *A cum parte codd. Sall.* quis *ceteri* || 21 agrei] e *del. m*² || 24 arbore *Arusianus* | paenuria *A* || 25 ac *h* nec *ma om. codd. Sall.*

nisi qui ferro aut bestiis interiere, nam morbus haud saepe quem superat;
⟨ad⟩ h⟨oc⟩ malefici generis plurima animalia.' tum illa persequitur non **5**
inscite: 'in regnum Adherbalis animum intendit. ipse acer, bellicosus;
at is, quem petebat, quietus, inbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae,
5 metuens magis quam metuendus.' hoc de co(n)s(ulis) peritia: 'nam in **6**
consule nostro multae bonaeque artes et animi et corporis erant, quas
omnis avaritia praepediebat: patiens laborum, acri ingenio, satis pro-
videns, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et invidias.'
milites deinde corrupti:[a]) 'imperatori exercitus traditur a Spurio Albino **7**
10 proconsule iners, inbellis neque periculi neque laboris patiens, lingua
quam manu promptior, praedator ex sociis et ipse praeda hostium,
sine imperio | et modestia habitus. ita imperatori novo plus ex malis A 95
moribus sollicitudinis quam ex copia militum auxilii aut spei bonae
accedebat.' effeminatio: 'nam Albinus Auli fratris exercitusque clade **8**
15 perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis
aestivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat,
nisi cum odor aut pabuli egestas locum mutare subegerat. sed neque
muniebantur neque more militari vigiliae deducebantur; uti cuique
libebat, ab signis aberat. lixae permixti cum militibus diu noctuque
20 vagabantur et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et
mancipiorum praedas certantes agere eaque mutare cum mercatoribus
vino advecticio et aliis talibus; praeterea frumentum datum publice
vendere, panem in dies mercari; postremo quaecumque dici aut fingi
queunt ignaviae luxuriaeque probra, ea in illo exercitu cuncta fuere et
25 alia amplius. sed in ea difficultate Metellum[b]) nec minus quam in rebus

m^2 in margine [a]) forma corrupti exercitus || [b]) de forma imperatoris

3–5 *Sall. Iug. 20, 1–2* || 5–8 *Iug. 28, 5* || 9–14 *Iug. 44, 1–2* || 14 *sqq. Iug. 44, 4–45, 3*

1 quem] quemquam *codd. Sall.* || 2 *lac. suppl. Hauler* | ille *Haines* || 3 Adherbalis] h *add. m^2* || 5 cos' *A* || 6 et[1] *om. codd. Sall.* || 8 invidias *A cum paucis codd. Sall.* insidias *plerique* || 9 imperatori exercitus] exercitus ei *cum Sall. m^1 sed* ei *iam del. m^1* exercitus imperatori *Haines* | traditur *m^2 cum codd. Sall.* traditus *m^1 quod defendit Zimmermann* || 9–10 a Spurio Albino proconsule *A cum plurimis codd. Sall.* Sp. Albini proconsulis *ceteri* || 11 ipsa *Haines* || 13 bonae spei *pars codd. Sall.* || 15.16 aestivorum temporis *pars codd. Sall.* || 16 (in) statutis castris *pars codd. Sall.* || 17 odor *probab. quam* odos *h* odos *ma* odos *pauci codd. Sall.* odor *ceteri* || 17.18 neque muniebantur *A cum paucis codd. Sall.* neque muniebantur ea *alii, om. plerique* neque muniebantur ⟨castra⟩ *Haines* || 18 muniebantur] i *del. m^2* || 19 libuit *nonnulli codd. Sall.* | cum *om. Haines* | cum militibus permixti *pars codd. Sall.* | diu *A cum paucis codd. Sall.* die *ceteri* || 20 et[1] *h om. ma* || 22 publice datum *codd. Sall. et Arusianus* || 24 ea *om. codd. Sall.* || 25 amplius alia *pars codd. Sall.* | nec *an* neq(ue) *incertum* non *codd. Sall.* || 26 forma[1] *ma n fort.* scaema *vel* infamia *h*

hostilibus magnum et sapientem virum fuisse comperior; tanta tempe-
A 96 rantia inter ambitionem saevi|tiamque moderatum; namque edicto
primum adiumenta ignaviae sustulisse: ne quisquam in castris panem
aut alium cibum coctum venderet, ne lixae exercitum ins⟨equ⟩erentur,
ne miles hastatus aut gregarius in castris neve in agmine servum aut 5
iumentum haberet; ceteris arte modum statuisse. ⟨p⟩raeterea transversis
itineribus cotidie castra movere, iuxta ac si hostes adessent vallo atque
fossa munire, vigilias crebras ponere et eas ipse cum legatis circumire,
item in agmine in primis modo, modo postremis, saepe in m⟨e⟩dio
adesse, ne ⟨q⟩uispiam ⟨ord⟩ine egrederetur, ut cum signis frequentes 10
incede⟨rent⟩, miles cibum et arma p⟨o⟩rtaret. ita prohibendo a delictis
9 magis quam vi⟨n⟩dicando exercitum brevi confir⟨mavit⟩.' tum forma
Marii: 'per id⟨em⟩ tempus Uticae forte ⟨C. M⟩ario per hostias di⟨s
s⟩upplicanti mag⟨n⟩a ⟨a⟩tque mirabilia por⟨tend⟩i haruspex dixerat:
proinde quae animo agitabat, fretus dis ageret, fortunam quam saepis- 15
sime experiretur; cuncta prospere eventura. at illum iam antea consulatus
ingens cupido exagitabat,| † † † †
A 89 ⟨con⟩|suetam duritiam et alia, quae ⟨ceter⟩i miserias voc⟨a⟩nt, volupta-
ti habuisse, ⟨n⟩isi ⟨tam⟩en res publica par⟨iter atque⟩ saevissimo
im⟨perio⟩ bene atque decore gest⟨a⟩.' 20

10 Sed forma ea ⟨im⟩perato⟨ris⟩; perlege ⟨et vo⟩luptaria[a]): 'sed in his
erat Sempronia[b]), quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat.
haec mulier genere atque forma, praeterea viro, liberis satis fortunata[c])

m^2 in margine[a]) voluptatiba || [b]) Sempronia m⟨ulta⟩ saepe ⟨viri⟩lis audaciae
facinora ⟨com⟩miserat || [c]) forma satis fortunata 25

13–17 *Sall. Iug. 63, 1–2* || 18–20 *Iug. 100, 5* || 21*sqq. Cat. 25, 1–3*

3 primo *pars codd. Sall.* | quisquam] quispiam *pars codd. Sall.* || 4 aut quem alium *codd. Sall.* | cibum coctum *A cum parte codd. Sall. et Valerio Maximo* coctum cibum *ceteri* | insequerentur m^1 (*lac. suppl. Hauler*) sequerentur m^2 *cum omnibus codd. Sall. praeter unum* || 5 hastatus aut *om. codd. Sall.* || 6 *lac. suppl. Hauler* || 7 hostis adesset *Val. Max. et Priscianus* || 8 munire m^2 munere m^1 || 9 in postremis *codd. Sall.* || 9–22 *lac. suppl. Hauler* || 10 egrederetur m^2 egreretur m^1 || 14 supplicanti *A cum codd. Sall.* -ante *Cortius* || 15 agere *nonnulli codd. Sall.* || 16 cuncta *A cum plerisque codd. Sall.* omnia *reliqui* || 17 *post A 96 quattuor pag. desunt* || 18 suetam m^2 suetum m^1 || 19 habuisse *A cum plerisque codd. Sall.* habuisset *reliqui* | res publica *A cum aliis codd. Sall.* rei p. *alii* rem p. *unus* | atq(ue) *non* ac, *ut codd. Sall., spatii causa* || 21 perlege m^2 dige *vel* dice m^1 | his *ex* ins *corr.* m^1 eis m^2 *cum codd. Sall.* || 23 atque *del. Ahlberg* | viro liberis *A cum paucissimis codd. Sall. et Arusiano, Eugraphio* viro atque liberis *reliqui et Priscianus* || 24–25 *lac. suppl. Naber*

fuit; litteris Graecis, Latinis docta, psallere, saltare elegantius quam necesse probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae[a]) sunt. sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit; p⟨e⟩cuniae an famae ⟨minus⟩ parceret, haud f⟨acil⟩e discerneres; libido sic ac⟨c⟩ensa 5 ⟨ut⟩ saepius pet⟨e⟩ret vi⟨ro⟩s quam peteretur.'

'Quis rebus permota civitas atque immutata urbis facies erat. ex **11** summa laetitia lasciviaque, quae diuturna quies pepererat, repente omnis tristitia invasit; f⟨es⟩tinare, trepidare n⟨e⟩que loco neque homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere neque pacem habere; suo 10 quisque metu pericula metiri. ad hoc mulieres, qui⟨bus⟩ rei publicae magnitudi⟨ne be⟩lli timo⟨r i⟩n⟨so⟩litus incesse⟨rat, ad⟩f⟨lic⟩|tar⟨e⟩ **A 90** sese, manus supplices ad caelum tendere, mise⟨rari⟩ pa⟨rvo⟩s liberos, rogitare ⟨om⟩nia, omni rumor⟨e⟩ pavere, adripere omn⟨i⟩a superbia atque deliciis omissis, sibi patria⟨e⟩que dif⟨f⟩idere.' forma qua flagitia **12** 15 disciplinae ⟨pl(ebis) de⟩s⟨cribuntur⟩: 'nam semper in civitate, ⟨qu⟩ibus opes nullae sunt, bonis invident, malos extollunt, vetera ode⟨re, nov⟩a exoptant, odio ⟨sua⟩rum rerum mutari omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile s⟨i⟩ne damn⟨o⟩ habetur.' vale.

20

2. MAGISTRO MEO SAL.

* * * * misisti mihi nova arte, sed dis⟨c⟩iplinam . . . . . tes mihique gratissimas a . . . . Caesaris quod miles . . . . lem . . . . a tu . . . . et es ita pri * * * manus * * quoque iucundam . . . . adepto ⟨nepotem⟩ saluta.

25 *m^2 in margine* [a]) instrumenta luxuriae

6–14 *Sall. Cat. 31, 1–3* || **15–19** *Cat. 37, 3*

1 graecis latinis *m^1* graecis et latinis *m^2 cum compluribus codd. Sall. et Arusiano* graecis atque latinis *reliqui codd.* | psallere saltare *A cum Macrobio, Servio* psallere et saltare *codd. Sall. et Eutyches* p. atque s. *unus cod. Sall.* | saltare *A cum plerisque codd. Sall., Macrobio, Servio, Eutyche* cantare *reliqui codd.* || **2** necesse est *codd. Sall., Macrobius, Servius* necesse erat *Eutyches* || **3–24** *lac. suppl. Hauler* || **4** libido *A cum aliis codd. Sall.* libidine *alii* || **6** quis *probab. quam* quib(us) quibus *codd. Sall.* || **7** lasciviaque] que *incertum* atque lascivia *codd. Sall.* || **10** hoc *codd. Sall.* hos *A* || **13** omni *et* pavere *add. m^2* | omni rumore *et* adripere omnia *A cum Claud. Mamerto quae verba desunt in codd. Sall.* rogitare, omnia pavere *cum plerisque codd. Sall. Höhne* rogitare deos omnia *vel* deos rogitare omnia *pauci codd.* || **14** qua *probab. quam* atq(ue) || **15** quibus] quis *Haines* || **16** et malos *Donatus* || **17** omnia mutari *nonnulli codd. Sall.* || **18–19** habetur sine damno *plerique codd. Sall. et Iulius Exuperantius* || **19** vale *incertum h* || **21** *initio quattuor versus desunt* | nova arte *scripsi* nonu arte *h* nonus *ma* || **22** quod *h* quem *ma* || **23** *post* pri *13 litt. et duo versus legi nequeunt* | *post* manus *unus versus et sex litt. legi nequeunt* || **24** nepotem] *lac. supplevi* | saluta *h* sal . . . *ma*

3. MAGISTRO MEO

Orationes desiderat sibi dominus meus frater ⟨vel⟩ a me vel a te quam primum mitti. sed ego malo, mi magister, tu mittas; easque ut in promptu haberes, exemplaria, quae apud nos erant, misi tibi. ego mox
A 72 alia conficiam, | quae tibi capies. hac oratione fratri elaboranda mora 5
intercedat. ita mihi scripsit.

Vale mi dulcissime magister. nepotem saluta.

4. DOMINO MEO

1 Pro cetera erga me benivolentia tua fecisti quod orationum, quas frater tuus dominus noster desideraverat, huic mittendarum me gratias iam 10 inire voluisti. adiunxi ultro ego tertiam orationem pro Demostrato P . . . ano, de qua illi scripsi: 'adiunxi', inquam, 'orationem pro Demostrato, quam cum primum fratri tuo obtuli, didici ex eo Asclepiodotum, qui oratione ista compelletur, a te non inprobari. quod ubi primum comperi, curavi equidem abolere orationem, sed iam pervaserat in 15 manus plurium quam ut abolere possem. s⟨ed⟩ qui⟨d f⟩iat postea? quid, inquam, fiat nisi et Asclepiodotum, quia ut me tu probasti, mihi quoque fieri amicissimum? tam hercule quam est Herodes summus nunc meus, quamquam dixi ⟨orationem⟩.'

2 Vale mi domine dulcissime. dominam et filiolos saluta. fratri interea 20 orationes mittito in ler . . . . duas desa * *

5. DOMINO MEO

A 71 | Excerpta iam domino nostro fratri tuo misi per dupla monitus ore ante menses fere octo rem ordinetis quae tandem . . . . . desistam ita ut

12–19 *p. 113, 8–14*

1) Omnes Frontones qui evidenter alii sunt atque noster omitto. codices Frontini nonnumquam Frontonem pro Frontinum habet: eos quoque locos praetereo. ceterum moneo non omnia testimonia certo ad Cirtensem nostrum spectare: immo nonnulla viri docti ad Frontonem iniuria rettulerunt.

11 ebriatis *Meursius* ebrietate *Gelenius* ebrietatibus *Davis* ebriolatis *Hildebrand* in caecas libidines ebrietatis *Jac. Gronovius*

4 CIL XV 7438 = R. Lanciani, Silloge epigrafica aquaria 44–45, Romae

44 a) [C]ornelio(rum) Front(onis) et Quadr[ati]
b) [C]ornelio(rum) Front(onis) et Quadra[ti]
c) Cornelio(rum) Front(onis) et Quadra[ti]
45 Cornelio(rum) Front(onis) et Quadrati 5

5 Gellius, Noctes Att. II 26

Favorinus philosophus, cum ad M. Frontonem consularem pedibus aegrum visum iret, voluit me quoque ad eum secum ire. (2) ac deinde cum ibi apud Frontonem plerisque viris doctis praesentibus sermones de coloribus vocabulisque eorum agitarentur, quod multiplex colorum 10 facies, appellationes autem incertae et exiguae forent, . . . (7) tum Fronto ad Favorinum: 'non infitias', inquit, 'imus, quin lingua Graeca, quam tu videre legisse, prolixior fusiorque sit quam nostra. sed in his tamen coloribus quibus modo dixisti denominandis non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. (8) non enim haec sunt sola vocabula rufum colorem 15 demonstrantia, quae tu modo dixisti, russus et ruber, sed alia quoque habemus plura quam quae dicta abs te Graeca sunt: fulvus enim et flavus et rubidus et poeniceus et rutilus et luteus et spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum quasi incendentes aut cum colore viridi miscentes aut nigro infuscantes aut virenti sensim albo illuminan- 20 tes. (9) nam poeniceus, quem tu Graece φοίνικα dixisti, et rutilus et spadix, poenicei συνώνυμος, qui factus Graece noster est, exuberantiam splendoremque significant ruboris, quales sunt fructus palmae arboris non admodum sole incocti, unde spadici et poeniceo nomen est. (10) σπάδικα enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. (11) 25 fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. sic poeta verborum diligentissimus 'fulvam' aquilam dicit et iaspidem, 'fulvos' galeros et 'fulvum' aurum et arenam 'fulvam' et 'fulvum' leonem, sicque Ennius in Annalibus 'aëre fulva' dixit. (12) flavus contra videtur e viridi et rufo et albo concretus; sic 30 'flaventes comae' et, quod mirari quosdam video, frondes olearum a Vergilio 'flavae' dicuntur. (13) sic multo ante Pacuvius aquam 'flavam'

27 *Verg. Aen. XI 751; cf. XII 247* || 28 *Aen. IV 261* | *Aen. VII 688* | *Aen. VII 279; X 134; XI 776* || 28–29 *Georg. III 110; Aen. V 374; VI 643; XII 276; 741* || 29 *Aen. II 722; IV 159* | *Enn. Ann. 454 Vahlen* || 31 *Verg. Aen. IV 590* || 32 *Aen. V 309*

13 ⟨e⟩legisse *Mommsen* || 16 russus *Carrio* rufus *codd.* || 29 sicque *plerique codd. et edd.* sic Q. *alii* | aëre fulva *Hertz cf. Gell. XIII 21, 14* aere fulvo *codd.*

dixit et 'fulvum' pulverem. cuius versus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini:

> cedo tu⟨u⟩m pedem, lymphis flavis fulvum ut pulverem
> manibus isdem, quibus Ulixi saepe permulsi, abluam
> 5 lassitudinemque minuam manuum mollitudine.

(14) rubidus autem est rufus atrior et nigrore multo inustus, luteus contra rufus color est dilutior; (15) inde ei nomen quoque esse factum videtur. (16) non igitur', inquit, 'mi Favorine, species rufi coloris plures apud Graecos quam apud nos nominantur. (17) sed ne viridis quidem color 10 pluribus a vobis vocabulis dicitur, (18) neque non potuit Vergilius colorem equi significare viridem volens caerulum magis dicere equum quam 'glaucum', sed maluit verbo uti notiore Graeco quam inusitato Latino. (19) nostris autem veteribus 'caesia' dicta est quae a Graecis *γλαυκῶπις*, ut Nigidius ait, de colore caeli quasi caelia.' (20) postquam haec Fronto 15 dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem verborumque eius elegantiam exosculatus 'absque te', inquit, 'uno forsitan lingua profecto Graeca longe anteisset, sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico est, id facis: *καί νύ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας*. (21) sed cum omnia libens audivi quae peritissime dixisti, tum maxime quod varieta- 20 tem flavi coloris enarrasti fecistique ut intellegerem, . . . (23) sed cum sit ita ut dixisti . . .'

6 Gellius, Noctes Att. XIII 29

Verba sunt Claudii Quadrigarii ex Annalium eius XIII: 'contione dimissa Metellus in Capitolium venit cum mortalibus multis, inde domum 25 proficiscitur, tota civitas eum reduxit.' (2) cum is liber eaque verba M. Frontoni, nobis ei ac plerisque aliis adsidentibus, legerentur et cuidam haud sane viro indocto videretur 'mortalibus multis' pro hominibus multis inepte frigideque in historia nimisque id poetice dixisse, tum Fronto illi, cui hoc videbatur, 'ain tu', inquit, 'aliarum homo rerum iudicii 30 elegantissimi, 'mortalibus multis' ineptum tibi videri et frigidum, nil autem arbitrare causae fuisse, quod vir modesti atque puri ac prope cotidiani sermonis 'mortalibus' maluit quam hominibus dicere eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si 'cum multis hominibus' ac non 'cum multis mortalibus' diceret? (3) ego autem',

3–5 *Pacuv. Trag. 244sqq. Ribbeck³ et Klotz* || **10** *Verg. Georg. III 82* || **13** *cf. Lucr. IV 1161; Cic. Nat. deor. I 83* || **14** *Nigid. fr. 72 Swoboda = fr. 43 Gramm. Rom. Fr. Funaioli* || **18** *Hom. Il. XXIII 382* || **23** *Claud. Quadr. fr. 76 Hist. Rom. Fr. Peter*

3 *post* pedem *add.* mi *Anon 1817 et edd.*

inquit, 'sic existimo, nisi si me scriptoris istius omnisque antiquae orationis amor atque veneratio caeco esse iudicio facit, longe longeque esse amplius, prolixius, fusius in significanda totius prope civitatis multitudine 'mortales' quam 'homines' dixisse. (4) namque 'multorum hominum' appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi 5 potest, 'multi' autem 'mortales' nescio quo pacto et quodam sensu inenarrabili omne fere genus quod in civitate est et ordinum et aetatum et sexus conprehendunt; quod scilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscam multitudinem volens ostendere 'cum multis mortalibus' Metellum in Capitolium venisse dixit ἐμφατικώτερον quam 10 si 'cum multis hominibus' dixisset.' (5) ea nos omnia quae Fronto dixit cum ita, ut par erat, non adprobantes tantum, sed admirantes quoque audiremus, 'videte tamen', inquit, 'ne existimetis semper atque in omni loco 'mortales multos' pro multis hominibus dicendum, ne plane fiat Graecum illud de Varronis Satura proverbium τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.' 15 (6) hoc iudicium Frontonis etiam in parvis minutisque vocabulis non praetermittendum putavi, ne nos forte fugeret lateretque subtilior huiuscemodi verborum consideratio.

7 Gellius, Noctes Att. XIX 8

Adulescentulus Romae, priusquam Athenas concederem, quando erat 20 a magistris auditionibusque obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi gratia pergebam sermonibusque eius purissimis bonarumque doctrinarum plenis fruebar. nec umquam factum est, quotiens eum vidimus loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque. (2) veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius levi quidem de 25 re, sed a Latinae tamen linguae studio non abhorrens. (3) nam cum quispiam familiaris eius, bene eruditus homo et tum poeta inlustris, liberatum esse se aquae intercutis morbo diceret, quod harenis calentibus esset usus, tum adludens Fronto 'morbo quidem', inquit, 'cares, sed verbi vitio non cares. Gaius enim Caesar, ille perpetuus dictator, Cn. Pompei 30 socer, a quo familia et appellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem De analogia conscripsit, harenas vitiose dici existimat, quod harena numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque caelum neque triticum; (4) contra autem quadrigas, etiamsi 35 currus unus, equorum quattuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut arma et moenia et comitia et

15 *Varro Sat. p. 91 Astbury; Paroemiogr. Gr. I p. IV Leutsch-Schneidewin* || 33 *Caes. Anal. fr. 3 Gramm. Rom. Fr. Funaioli*

inimicitias, nisi quid contra ea dicis, poetarum pulcherrime, quo et te purges et non esse id vitium demonstres.' . . . (9) his deinde verbis lectis ibi Fronto ad illum poetam 'videturne tibi', inquit, 'C. Caesar de statu verbi contra te satis aperte satisque constanter pronuntiasse?' . . . (10)
5 . . . 'nos te (*sc. Frontonem*) nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes et in quadriga dicenda et in harenis'. (11) tum Fronto ita respondit: 'quadrigae semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti quadrigae quasi quadriiugae vocantur, neque debet prorsus appellatio equorum
10 plurium includi in singularis numeri unitatem; (12) eandemque rationem habendam ⟨harenae⟩, sed in specie dispari. nam cum harena singulari in numero dicta multitudinem tamen et copiam significet minimarum ex quibus constat partium, indocte et inscite harenae dici videntur, tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter
15 dicto ingenita sit naturalis sui multitudo. sed haec ego', inquit, 'dixi, non ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem, sed ut ne Caesaris, viri docti, opinionem *ἀπαραμύθητον* destituerem. (13) nam cum caelum semper *ἑνικῶς* dicatur, mare et terra non semper et pulvis, ventus et fumus non semper, cur indutias et caerimonias scriptores
20 veteres nonnumquam singulari numero appellaverunt, ferias et nundinas et inferias et exequias numquam? cur mel et vinum atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lac non capiat? (14) quaeri, inquam, ista omnia et enucleari et excuti ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. quin his quoque ipsis quae iam dixi demoratos
25 vos esse video alicui, opinor, negotio destinatos. (15) ite ergo nunc et, quando forte erit otium, quaerite, an quadrigam et harenas dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis vel poetarum, id est classicus adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius.' (16) haec quidem Fronto requirere nos iussit vocabula non ea re, opinor, quod
30 scripta esse in ullis veterum libris existumaret, sed ut nobis studium lectitandi in quaerendis rarioribus verbis exerceret.

8 Gellius, Noctes Att. XIX 10

Memini me quondam et Celsinum Iulium Numidam ad Frontonem Cornelium pedes tunc graviter aegrum ire et visere. atque ubi introducti
35 sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi circumundique sedentibus multis doctrina aut genere aut fortuna nobilibus viris. (2) adsistebant fabri aedium complures balneis novis moliendis adhibiti ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum. (3) ex quibus cum elegisset unam formam speciemque † veris,
40 interrogavit, quantus esset pecuniae sumptus ad id totum opus absolvendum, (4) cumque architectus dixisset necessaria videri esse sestertia

ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis 'et praeterpropter', inquit, 'alia quinquaginta'. (5) tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicum qui dixerat quinquaginta esse alia praeterpropter ⟨necessaria, eum interrogavit, quid significaret verbum 'praeterpropter'⟩. (6) atque ille amicus 'non meum', inquit, 'hoc verbum est, sed multorum hominum quos loquentis id audias. (7) quid autem id verbum significet, non ex me, sed ex grammatico quaerundum est' ac simul digito demonstrat grammaticum haud incelebri nomine Romae docentem. tum grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus (8) 'quaerimus', inquit, 'quod honore quaestionis minime dignum est. (9) nam nescioquid hoc praenimis plebeium est et in opificum sermonibus quam ⟨quidquam⟩ notius.' (10) atenim Fronto iam voce atque vultu intentiore 'itane', inquit, 'magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur, quo et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior ut neccessario et Latino usi sunt?' (11) atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum, de quo quaerebatur, scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. (12) quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro inscriptos esse hos versus legimus:

otio qui nescit uti
plus negoti habet quam cum est negotium in negotio.
nam cui quod agat institutum est † in illo negotium
id agit, ⟨id⟩ studet, ibi mentem atque animum delectat suum.
otioso in otio animus nescit quid velit.
hoc idem est; em neque domi nunc nos nec militiae sumus:
imus huc, hinc illuc. cum illuc ventum est, ire illinc lubet:
incerte errat animus, praeterpropter vitam vivitur.

(13) hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem 'audistine', inquit, 'magister optime, Ennium tuum dixisse 'praeterpropter' et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, quid sit motus huiusce versus sensus:

incerte errat animus, praeterpropter vitam vivitur.'

(14) et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit et abiens 'tibi', inquit, 'Fronto, postea uni

14 *Cato fr. inc. 53 Jordan* || **15** *Varro p. 340 ed. Bipont.* || **16** *Enn. Trag. 234 sqq. Vahlen = 183 sqq. Ribbeck*[3] *et Klotz*

28 vita *Salmasius* || **33** qui sit remotus *Hosius*

dicam, ne inscitiores audiant ac discant.' atque ita omnes relicta ibi quaestione verbi consurreximus.

9 Gellius, Noctes Att. XIX 13

Stabant forte una in vestibulo Palatii fabulantes Fronto Cornelius et 5 Festus Postumius et Apollinaris Sulpicius atque ego ibi adsistens cum quibusdam aliis sermones eorum, quos de litterarum disciplinis habebant, curiosius captabam. (2) tum Fronto Apollinari 'fac me', inquit, 'oro, magister, ut sim certus, an recte supersederim 'nanos' dicere parva nimis statura homines maluerimque eos 'pumiliones' appellare, quoniam 10 hoc scriptum esse in libris veterum memineram, nanos autem sordidum esse verbum et barbarum credebam. . . . (3) . . . fuisset autem verbum hoc a te (*sc. Frontone*) civitate donatum aut in Latinam coloniam deductam, si tu eo uti dignatus fores . . . (4) tum Festus Postumius grammatico cuipiam Latino, Frontonis familiari, . . . inquit.

15 **10** Lucianus, Quomodo historia conscribenda sit 19. 21

ἄλλος τις ἀοίδιμος ἐπὶ λόγων δύναμει Θουκυδίδῃ καὶ αὐτὸς ὅμοιος ἢ ὀλίγῳ ἀμείνων αὐτοῦ . . . . (21) *ὑπὸ γὰρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι καὶ ἀποκεκαθάρθαι τὴν φωνὴν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἠξίωσεν οὗτος καὶ τὰ ὀνόματα μεταποιῆσαι τὰ Ῥωμαίων καὶ μεταγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν, ὡς* 20 *Κρόνιον μὲν Σατουρνῖνον λέγειν, Φρόντιν δὲ τὸν Φρόντωνα, Τιτάνιον δὲ τὸν Τιτιανὸν καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα.*

11 M. Aurelius Antoninus, ad se ipsum 1, 11

παρὰ Φρόντωνος τὸ ἐπιστῆσαι, οἵα ἡ τυραννικὴ βασκανία καὶ ποικιλία καὶ ὑπόκρισις, καὶ ὅτι ὡς ἐπίπαν οἱ καλούμενοι οὗτοι παρ' ἡμῖν εὐπατρίδαι 25 *ἀστοργότεροί πως εἰσίν.*

12 M. Aurelius Antoninus, ad se ipsum 1, 17, 1

παρὰ τῶν θεῶν· τὸ . . . ἀγαθοὺς διδασκάλους . . . ἔχειν.

13 Artemidorus, Onirocrit. IV 22

ὡς καὶ Φρόντων ὁ ἀρθριτικὸς θεραπείαν αἰτήσας ἔδοξεν ἐν τοῖς προ- 30 *αστείοις περιπατεῖν καὶ προπόλει χρισάμενος παρηγορήθη ἱκανῶς ὡς ἴσον εἶναι τὸ χρῖμα θεραπείᾳ.*

10 *cf. Lucr. IV 1162*

14 Epigraphica 1 (1939) 349; 2 (1940) 214–216; L'Année Epigr. 1945 nr. 38 p. 16, Surrenti

Corneliae Cratiae M. Corneli Frontonis [f(iliae)]

15 CIL XI 6334 = Dessau 1129 (a. 199), Pisauri

M. Aufidio Frontoni pronepoti M. Corneli Frontonis oratoris, consulis, 5 magistri imperatorum Luci et Antonini, nepotis Aufidi Victorini praefecti urbis bis consulis, Fronto consul filio dulcissimo

SAEC. III

16 Cassius Dio, Res Romanae LXIX 18, 3

ἀμέλει καὶ Κορνήλιος Φρόντων ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε (anno 136) 10 *Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν* (Marcium Turbonem) *ἤδη, ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι ὥσπερ εἶχεν ἐς δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι τὸ τῷ 'χαῖρε', ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ 'ὑγίαινε' χρησάμενος.* 15

17 Cassius Dio, Res Romanae LXXI 35

πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη (M. Aurelius) *ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς· τῶν μὲν γὰρ τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε, τῶν δὲ τόν τε Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον καὶ Ἀπολλώνιον* . . . (2) *πλεῖ-* 20 *στον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη· καὶ γὰρ πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο.*

18 Solinus, Coll. rerum memorab. praef. p. 4, 17 Mommsen[2]

vestigia monetae veteris persecuti opiniones universas eligere maluimus potius quam innovare. 25

19 Eumenius, Pan. Lat. 8 (V) 14 (a. 297)

hoc loco venit in mentem mihi, quam delicata illorum principum fuerit in administranda republica et adipiscenda laude felicitas, quibus Romae degentibus triumphi et cognomina devictarum a ducibus suis

24 *cf. Fronto p. 159, 9*

3 *lac. suppl. Mustilli* || **6** *corrige* nepoti

gentium proveniebant. itaque Fronto, Romanae eloquentiae non secundum, sed alterum decus, cum belli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quamvis ille in ipso urbis Palatio residens gerendi eius mandasset auspicium, veluti longae navis gubernaculis
5 praesidentem totius velificationis et cursus gloriam meruisse testatus est.

SAEC. IV

20 Nazarius, Pan. Lat. 4 (X) 24 (a. 321)

Antoninus imperator (*i. e. L. Verus*) in toga praestans et non iners nec
10 futtilis bello, cum adversus Parthos armis experiretur, visis catafractis adeo totus in metum venit, ut ultro ad regem conciliatrices pacis litteras daret. quas cum rex immodicus animi respuisset, insolentia quidem barbari debellata est, sed . . .

21 Charisius, Ars gramm. I p. 161, 13–16 Barwick

15 duum Fronto ad Marcum Antoninum de feriis colliensibus (*p. 229, 14sqq.*): 'duum item vestrum doctum principem et navum modulorum et tibicinum studio fuisse divino tum scimus.'

22 Charisius, Ars gramm. I p. 175, 12–17 Barwick = Orat. Rom. Fragm. Meyer² p. 615 = Gramm. Rom. Fragm. I p. 274 Mazzarino

20 ⟨ns litteris⟩ nominativus singularis si terminetur, genetivus pluralis ante 'um' 'i' recipiat necesse est. itaque Cicero rationis memor 'parentium' saepe dicit; ⟨contra⟩ Fronto pro Ptolemensibus 'parentum tuorum', ut ait Plinius alias poetarum vicem, qui regulam satis idoneam sopierunt.

25 **23** Charisius, Ars gramm. II p. 256, 8–10 Barwick

Fronto quoque ad Marcum invicem libro IIII (*p. 68, 18*): 'satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuis.'

1–2 *cf. Marcus p. 27, 21* || **10–12** *cf. p. 212, 4; 25* || **23** *Plinius p. 24, 32*

15–17 *cf. app. crit. ad p. 229, 14sqq.* || **22** contra *supplevi* dicit . . . . . . ronto **N** dicit Fronto **n** ⟨sed et F⟩ronto *Keil et Mazzarino qui antea* ⟨at vero⟩ *suppleverat* | Ptolemensibus *Champlin* ptolemęnsibus **N** Ptolemaeensibus *edd.* || **23** ut ait Plinius, ⟨et⟩ alias *Putsche* alias, ut ait Plinius, poetarum *Mazzarino* || **27** tribuis **n¹** trib(us) **N**

24 Charisius, Ars gramm. II p. 267, 6–8 Barwick

'male' pro 'valde' Fronto ad Antoninum invicem libro II (*p. 96, 14*): 'male me, Marce, praeteritae vitae meae paenitet.' ceterum ineptum est 'male paenitet'.

25 Charisius, Ars gramm. II p. 287, 26–28 Barwick 5

Fronto ad Marcum invicem libro I (*p. 16, 4*): 'adest etiam usquequaque tibi natura ⟨in⟩situs lepos et venustas.'

26 Charisius, Ars gramm. II p. 288, 17–20 Barwick

'vespera' Sallustius Historiarum II et Aurelius Caesar ad Frontonem libro II (*p. 29, 1*): 'vespera fatigatus, luce dormitans'; Fronto vero ad 10 Antoninum libro V (*p. 106, 19*): 'atenim vesperi in triduum mittam.'

27 Charisius: vide Rufinum, testim. 46

28 Iulius Victor, Ars rhet. p. 105, 5–8 Giomini

multum ad sermonis elegantiam conferent comoediae veteres et togatae et tabernariae et Atellanae fabulae et mimofabulae, multum etiam episto- 15 lae veteres, inprimis Tullianae.

29 Iulius Victor, ibid. p. 106, 15–16

proverbio uti non ignoto percommodum est, et versiculo aut parte versus.

30 Diomodes, Ars Gramm. III gramm. Lat. I p. 513, 29–31 Keil = Fr. 20 Poet. Rom. p. 172 Buechner = Testim. 46

Bacchiacum metrum est tale: laetare, bacchare praesente Frontone. hoc mihi videtur magis ad prosam convenire.

9 *Sall. Hist. fr. 60 Maurenbrecher* || 15 *cf. Fronto p. 106, 26 sq.; 215, 10 sq.* || 16 *cf. Fronto p. 104, 14* || 18 *cf. Fronto p. 215, 27*

7 insitus *Anon 1817* situs (*ex* sinus *corr.*) **N** quesitus *suprascr.* id est non quaesitus **C** scitus *Niebuhr* || 11 Antoninum *Fabricius* antonium **N** | ad eum vespera **C** *Putsche* | mittant *Putsche* || 22 baccare praecinge frontem *edd. interpolatae* | Frontone *Bram* frontonem **M** ferontonem **A**

31 Fulgentius, Expositio sermonum antiquorum 35 p. 121, 7–9 Helm = p. 38, 35–37 Pizzani

quid sit iustitium: iustitium dicitur luctus publicus, unde et Fronto in oratione pro Nucerinis ait: 'denique iustitium plebi indicitur'.

5 **32** Corpus Gloss. Lat. V 570, 24

iustitium luctus publicus, unde Fronto: 'denique iustitium indicitur'.

33 Eutropius, Breviarium VIII 12, 1; cf. Testim. 71

Latinas autem eum (*sc. M. Aurelium*) litteras Fronto, orator nobilissimus, docuit. his cum omnibus Romae aequo iure egit, ad nullam insolen-
10 tiam elatus est imperii fastigio.

34 Paeanius, ibid.

διδασκάλῳ δὲ ἐχρῆτο . . . ῥητορείας . . . τῆς Ἰταλῶν δὲ Φρόντωνι τῷ τότε ἀρίστῳ ῥητόρων.

35 Ausonius, Gratiarum actio 7, 32–33 (a. 379)

15 unica mihi et amplectenda est Frontonis imitatio. quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornavit, ut praefectura non cingeret. sed consulatus ille cuiusmodi? ordinario suffectus, bimenstri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus: quaerendum ut reliquerit tantus orator, quibus consulibus gesserit consulatum. ecce aliud quod aliquis opponat:
20 in tanti te ergo oratoris fastigium gloriosus attollis? cui talia requirenti respondebo breviter: non ego me contendo Frontoni, sed Antonino praefero Gratianum.

36 Symmachus, Epist. III 11, 2

sectator tibi veteris monetae solus supersum.

25 **37** Hieronymus, Chron. ad ann. 2181 (167) = Testim. 60

Fronto orator insignis habetur qui M. Antoninum Verum Latinis litteris erudivit.

24 *cf. Fronto p. 159, 9*

3 Fronto] pronto *et* prompto *var. lectt.* || 4 nucerinus *et* nucerims *et* nugerinis *var. lectt.* || 24 sectator *Norden* spectator *codd. recte*

38 Hieronymus, De viris illustr. 24 = Testim. 62

Melito Asianus, Sardensis episcopus, librum imperatori Marco Antonino Vero, qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit.

39 Hieronymus, Epist. 125, 12, 1 5

ad quam (*sc. mentem*) edomandam cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina Ciceronisque fluvios gravitatemque Frontonis et lenitatem Plinii alphabetum discerem, stridentia anhelantiaque verba meditarer.

40 Servius in Aen. I 409 10

sunt multae reciprocae elocutiones, ut hoc loco; sunt multae unius partis utrique sufficientes, ut 'tenemur amicitiis'. ridiculum enim est, si addas 'mutuis', cum amicitiae utrumque significent, sicut Fronto testatur.

41 Servius in Aen. VII 30

'hunc inter': per hunc. Terentius: 'dum rus eo, coepi egomet mecum 15 inter vias'. est autem crebra Frontonis elocutio.

42 Servius in Aen. VII 445

'exarsit in iras': communis sermo habet 'ardeo illa re', sed figuratius 'ardeo in illam rem' dicimus et est specialis Cornelii elocutio.

43 Servius in Aen. VII 688 20

galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit 'hoc galerum'.

44 Schol. Veronensia Verg. Aen. VII 688

⟨F⟩ronto qui neutro genere dicit 'galeria'.

SAEC. V

45 Augustinus, Epist. 144, 2 25

Xenocrates Polemonem, ut scribitis et nos ex illis litteris recordamur, de fruge temperantiae disputando non solum ebriosum, verum etiam tunc ebrium ad mores alios repente convertit.

13 *cf. Fronto p. 59, 4sqq.* || 15 *Ter. Eun. 629* || 26 *cf. Fronto p. 20, 9*

13 amicitiis utrumque significet *Anon 1817* || 21 fronture ritur genere L ur *in* o *mutavit et* reritur *del.* l *fort.* Fronto rhetor *legendum*

46 Rufinus, De compositione et de metris oratorum, Rhet. Lat. Min. p. 580, 21–26 Halm = Fr. Poet. Lat. p. 172 Buechner = Testim. 30

Flavius Sosipater Charisius de numeris sic dicit: 'bacchiacum metrum est tale: laetare, bacchare praesente Frontone.'

5 47 Hist. Aug. Vita Marci 2, 4–5

oratoribus usus est Graecis . . . Celere et Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. (5) sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petit.

48 Hist. Aug. Vita Marci 3, 5

10 tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet ac sepulchra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret.

49 Hist. Aug. Vita Veri 2, 5–6

audivit . . . rhetores Apollonium, Celerem Caninium et Herodem 15 Atticum, Latinum Cornelium Frontonem . . . (6) hos omnes amavit unice atque ab his invicem dilectus est.

50 Martianus Capella, De nuptiis 5, 432

post hos tamen in diversis agminibus oratores emeriti ac prae se ferentes insignium culmen meritaque linguarum. Aeschinem, Isocratem 20 Lysiamque conspiceres, tum in togatis agminibus Sosantios, Gracchos, Regulum, Plinium Frontonemque.

51 Consentius, Ars gramm. p. 349, 15–18 Keil = Fragm. Poet. Rom. p. 376 frg. 3 Baehrens; cf. Poet. Lat. p. 188 Morel

item Fronto ait: 'et illae vestrae Athenae Dorocorthoro'. apparet 25 nominativo casu posuisse Dorocorthoro. sive igitur dicas haec urbs sive hic vicus sive hoc oppidum, nominativus erit Dorocorthoro; et obliqui casus ad huius similitudinem declinabuntur.

24 *vide p. 201, 10 sqq.*

20 Sosantios] Crassos Antonios *Kopp* Catones *Halm* sonanti ore *Dick* || 21 Regulum *corruptum putant Eyssenhardt et Halm* || 24 Durocorthoro *Mai*[1] Dorcorotoro *Baehrens*

52 Mamertus Claudianus, Epist. ad Sapaudum p. 206 Engelbrecht

Naevius et Plautus tibi ad elegantiam, Cato ad gravitatem, Varro ad peritiam, Gracchus ad acrimoniam, Chrysippus ad disciplinam, Fronto ad pompam, Cicero ad eloquentiam capessendam usui sint . . . illi ergo reventilandi memoriaeque mandandi sunt, de quibus isti potuerunt 5 proficere quos miramur.

53 Sidonius Apollinaris, Epist. I 1, 2

nam de Marco Tullio silere melius puto, quem in stilo epistulari nec Iulius Titianus totum sub nominibus inlustrium feminarum digna similitudine expressit; propter quod illum ceteri quique Frontonianorum 10 utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt. quibus omnibus ego immane dictu est quantum semper iudicio meo cesserim quantumque servandam singulis pronuntiaverim temporum suorum meritorumque praerogativam.

54 Sidonius Apollinaris, Epist. IV 3, 1; cf. Testim. 68 15

tuarum, inquam, aurium, quarum peritiae, si me decursorum ad hoc aevi temporum praerogativa non obruat, nec Frontonianae gravitatis aut ponderis Apuleiani fulmen aequiperem, cui Varrones, vel Atacinus vel Reatinus, Plinii, vel avunculus vel Secundus, compositi inpraesentiarum rusticabuntur. 20

55 Sidonius Apollinaris, Epist. IV 14, 2

nam tuorum peritiae comparatus non solum Cornelios oratores sed Ausonios quoque poetas vincere potes.

56 Sidonius Apollinaris, Epist. VII 14, 7

unde illud simile vulgatum est, quod ait quidam in causa dispari 25 sententia pari: 'filium Marci Ciceronis populus Romanus non agnoscebat loquentem.'

57 Sidonius Apollinaris, Epist. VIII 3, 3

suspende (*sc. Leo*) perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quod non solum gentilicium sed domesticum tibi quodque in tuum pectus per 30 succiduas aetates ab atavo Frontone transfunditur.

7 *vide et Proleg. LXXV adn. 1* || **12** *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 213 s. v. simia* || **26** *Nachträge zu Otto, Sprichwörter 162 s. v. filius*

3 Chrysippus] Crispus *Schanz* || **11–12** cum veternosum d. g. imitarentur oratorum, simiam nuncupaverunt *Mommsen*

58 Sidonius Apollinaris, Epist. VIII 10, 3

Marcus Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi praetulit.

59 Macrobius, Saturn. V 1, 7

5 quattuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur, breve, in quo Sallustius regnat, siccum, quod Frontoni adscribitur, pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.

SAEC. VI

10 **60** Cassiodorus, Chron. ad ann. 164 = Testim. 37

his consulibus (*sc. Macrino et Celso*) Fronto orator insignis habetur, qui M. Antoninum Latinis litteris erudivit.

SAEC. VII

61 Isidorus, Etym. XV 2, 46

15 dictus carcer a coercendo. hinc Fronto: 'et pergraecari potius amoenis locis quam coerceri carcere viderentur'.

62 [Sophronius], De viris illustr. 24 von Gebhardt = Testim. 38

Μελίτων Ἀσιανός, Σάρδεων ἐπίσκοπος, βίβλον βασιλεῖ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, ὃς Φρόντωνος τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐγεγόνει . . .

20

SAEC. VIII

63 Georgius Syncellus, Ecl. chron. p. 431, 24 Mosshammer = Testim. 64 et 66

Ἰουλιανὸς νομοθέτης ἐν Ῥώμῃ καὶ Φρόντων ὁ ῥήτωρ.

15 *cf. Otto, Sprichwörter s. v. Graecus 1*

15–16 hinc – viderentur *om. plures codd.* || 16 videretur *Anon 1817*

SAEC. IX

64 Anastasius Bibliothecarius, Chron. ad ann. 165 (PG 108, 1199) = Testim. 63 et 66

Iulianus Romae leges promebat, Fronto rhetor.

SAEC. X 5

65 Schol. Iuvenalis I 12 Wessner *ad nomen Frontonis recensio* π (*codd. saec. IX*): in Horatiana domo, in qua poetae recitabant. *quod recensio* φ (*codd. saec. X*) *ita amplificat*:

Fronto orator nobilissimus, in cuius domo poetae recitabant
et recensio χ (*codd. saec. XI*): 10
Fronto orator Traiani tempore nobilissimus, in cuius domo poetae recitabant. *cf. Testim. 70*

SAEC. X–XI

66 Landolfus, Addit. ad Pauli Hist. Rom. ad ann. 164 p. 315, 2 Droysen = Testim. 63 et 64 15

Salvius Iulianus Romae leges promebat et Fronto rhetor et Aristides . . . Romae erant.

SAEC. XI

67 Hermannus Contractus, De sex aetatibus mundi, ad ann. 163 = Testim. 37 et 60 20

Fronto orator insignis habetur.

SAEC. XII

68 Ioannes Saresberiensis, Polycr. 3, 9; cf. Testim. 54

quis Themistoclis diligentiam, Frontonis gravitatem, continentiam Socratis . . . imitatur? 25

69 Ioannes Saresberiensis, Polycr. 8, 10

quod genus (*sc. quaestiones convivales*) veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit et Plutarchus et Apuleius cum Frontone.

5 **70** Ioannes Saresberiensis, Polycr. 8, 13; cf. Testim. 65

ubique fidelis custos virtutis, ubique vitiorum hostis occurrit (*sc. Seneca philosophus*), tantus utique, ut eum Fronto (secundum quosdam nepos Plutarchi, cuius meminit in primo Iuvenalis sic: 'Frontonis platani convulsaque marmora clamant'), semper eum, inquam, sic 10 asserit universos exterminare errores, ut aurea videatur secula reformare et deos ab humano genere exulantes eius opere revocatos hominibus contracta societate miscere.

71 Ioannes Saresberiensis, Polycr. 8, 19; cf. Testim. 33

(*Marcus Aurelius*) ad scientiam litterarum Grecarum per Cheronessem 15 (*i. e. Sextum Chaeronensem*) Plutarchi nepotem; Latinas autem eum Fronto nobilissimus orator docuit et pro quorundam opinione Plutarchi nepos.

72 Magister Gregorius, Narracio de mirabilibus urbis Romae 19 Huygens

Prope hoc balneum (*sc. Apollinis*) est domus Aquilea et domus Fron- 20 toniana.

SAEC. XV

Vide testimonia Iacobi Aurelii Questenberg et Raphaelis Maffei Volaterrani, Proleg. p. XIX sq.

TESTIMONIA DE M. ANTONINO 25 EPISTOLOGRAPHO

1 M. Aurelius Antoninus, ad se ipsum 1, 7

παρὰ Ῥουστίκου . . . τὸ ἀποστῆναι ῥητορικῆς καὶ ποιητικῆς καὶ ἀστειολογίας . . . καὶ τὸ τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν.

8 *Iuv. 1, 12*

2 Cassius Dio, Res Romanae LXXI 36, 2

ὥστε . . . τάς τε ἐπιστολὰς πλείστας οὐ μόνον ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοχειρίᾳ τοῖς πάνυ φίλοις γράφειν.

3 Philostratus, Vitae Soph. II p. 70 Kayser

ὁ αὐτοκράτωρ . . . θαυμάσιον δὲ ἦθος ἐγκαταμίξας τοῖς γράμμασιν 5
ἐπέστειλε πρὸς τὸν Ἡρώδην.

4 Philostratus, Epist. II p. 257 sq. Kayser

τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἄριστά μοι δοκοῦσι διεσκέφθαι . . . βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος ἐν οἷς ἐπέστελλεν αὐτός· πρὸς γὰρ τῷ κεκριμένῳ τοῦ λόγου καὶ τὸ ἑδραῖον τοῦ ἤθους 10
ἐντετύπωτο τοῖς γράμμασι.

5 Herodianus, Hist. I 2, 2

λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστής, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι· δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ ἢ γραφέντα. 15

6 Hist. Aug. Vita Marci 22, 6

male loquentibus vel sermone vel litteris respondebat.

7 Hist. Aug. Vita Marci 23, 7

de amatis pantomimis ab uxore fuit sermo . . ., sed haec omnia per epistulas purgavit. 20

8 Hist. Aug. Vita Marci 29, 5

nihil enim magis et timuit et deprecatus est quam avaritiae famam, de qua se multis epistulis purgat.

9 Photius, Epist. 207 Westerink

inter praestantes epistolographos ἔχεις . . . τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον.

SCRIPTA FRONTONIS QVAE PERIERVNT

I. Quid continuerint incertum est:
mea scripta p. 105, 14 et 21
ista mea p. 182, 5

II. Opera philologa:

1. Codices describendos curavit, sed non edidit:
ignoti auctoris p. 1, 6 (ante ann. 161)
Sotam Ennianum p. 56, 1 (ante ann. 161)
libros Ciceronianos cum adnotationibus p. 187, 10sq. (incerti anni)
2. Excerpta in usum privatum:
Coelii Antipatri p. 42, 16 (ante ann. 145)
Sempronii Gracchi p. 51, 8 (ante ann. 161)
Ciceronis epistularum de eloquentia, de philosophia, de republica p. 104, 1 – 12 (incerti anni)
Lucretii aut Ennii p. 105, 17 (incerti anni)
3. Imagines in usum privatum collectae p. 40, 5sq. (ante ann. 145)

III. Orationes:

1. Incerti argumenti, incerti temporis: p. 72, 16 (ante ann. 146); 178, 2
Duae orationes p. 102, 2 – 4; 120, 9; 120, 21; 120, 23
Oratio qua Christianos insectatus est: Testim. 2 – 3
Oratio Testim. 61
2. Apud iudices:
in officiis civilibus non obscure versatus sum p. 200, 7. cf. et Testim. 16
Apud Marcium Turbonem anno 136: Testim. 16
Oratio p. 76, 22 (ante ann. 145)
Contra ignotum p. 39, 2 – 20 (ante ann. 145)
Contra Herodem Atticum p. 36, 2 – 38, 23; 102, 19; 113, 14 (c. ann. 140 – 141)
De testamentis Asianis sive pro Bithynis: fragm. p. 10, 14 – 13, 9; 14, 10sqq.; 180, 8 – 22; 181, 6 (ann. 143)
Plurimae orationes pro Saenio Pompeiano p. 79, 2 (ante ann. 149)
Plures orationes quibus publice privatimque Cilices defendit p. 167, 9 (ante ann. 158)
Duae orationes p. 167, 17sq. (c. ann. 157 – 158)
Pro Demostrato p. 102, 11 – 16; 113, 8 – 11; 113, 26 (incerti anni)
Pro Ptolemensibus: Testim. 22 (Pio imperatore)
Pro Nucerinis: Testim. 31 (incerti anni)
In Pelopem: Testim. 58 (incerti anni)
3. Orationes in senatu habitae:
Plures laudes Hadriani p. 25, 3 – 5; 25, 14 (ante ann. 138)
Plures laudes Antonini Pii: Testim. 19 (ann. 142 – 143)
Oratio p. 20, 7 – 9 (ann. 143)
Gratiarum actio pro consulatu p. 24, 16; 24, 22; 25, 11sq.; 26, 17; 26, 25; 27, 3 – 17; 27, 23; 106, 4 – 9; 161, 13; 161, 20 – 162, 4 (ann. 143)
Gratiarum actio pro Carthaginiensibus p. 256 (ann. 153?)
Oratio p. 183, 10 (incerti anni)
4. Apud populum:
Oratio p. 17, 20 – 18, 2; 21, 20; 23, 7 – 9 (ann. 143)
Edictum quo gratias agit Antonino Pio p. 24, 17 – 21 (ann. 143)

NOMINVM PROPRIORVM INDEX

Ubi nomina minus certa aut coniectaria sunt, numeros paginarum uncis unclusi; ubi memoratur aliquis nomine omisso, '*cf.*' scripsi; '*??*' significat vix recte allatum locum ad personam referri.

EPISTVLAE ORDINE CHRONOLOGICO QVOAD FIERI POTEST DISPOSITAE[1])

139	M. Caes. III 9 p. 42
	Addit. 7–8 p. 249–255
	M. Caes. IV 3 p. 56
139–140	M. Caes. III 7–8 p. 40–42
	12–13 p. 44–45
	Arion p. 241
139–143	Laudes 1 p. 215
139–145	M. Caes. II 16 p. 34
	III 10–11 p. 43
	21–22 p. 51–52
	IV 4 p. 60
	V 22 p. 72
	37–38 p. 75
	41–43 p. 76–77

[1]) Cf. S. A. Naber, edit. 1867, XX–XXX et 282–285; Th. Mommsen, Die Chronologie der Briefe Frontos, Hermes 8, 1874, 198–216 (= Gesammelte Schriften IV, Berlin 1906, 469–486); Mommsen primus facta et indicia historica persecutus est, sed duabus in rebus erravit: putabat enim epistularum ad M. Caes., ad M. An-

52 p. 79
74 p. 85
139–147 M. Caes. V 1–2 p. 69–70
139–152 M. Caes. V 23 p. 72
139–155 Amic. I 10 p. 177
22 p. 184
139–156 M. Caes. V 3–4 p. 70
27–33 p. 73–74
55–56 p. 80–81
61 p. 82
63–64 p. 83
69–72 p. 84
139–160 Ad Pium 5–6 p. 164–165
Amic. I 9 p. 177
139–161 M. Caes. III 15 p. 47
V 5–8 p. 70
11–18 p. 70–71
35–36 p. 75
62 p. 83
65–66 p. 83
73 p. 85
Antonin.(!) III 7–8 p. 103–104
Amic. I 16–17 p. 181
139–167 Amic. I 1–2 p. 170–171
8 p. 176
11 p. 177
II 1–3 p. 187
140–142 M. Caes. III 2–6 p. 36–39
140–145 M. Caes. III 1 p. 35
20 p. 51
143 M. Caes. II 1–15 p. 16–33
17 p. 34
Ad Pium 1–2 p. 161
143–144 M. Caes. I 6–7 p. 10–16
143–145 M. Caes. II 18–19 p. 35
III 17–18 p. 49–50
IV 1–2 p. 53–56
V 44 p. 77
144–145 M. Caes. I 1–3 p. 1–5
145 M. Caes. I 4–5 p. 5–9
145–156 M. Caes. IV 8 p. 63
V 19–20 p. 71
40 p. 76
145–161 M. Caes. III 16 p. 47
IV 9 p. 64
V 9–10 p. 70
25–26 p. 73
146 M. Caes. IV 13 p. 67
146–158 Ad Pium 3–4 p. 162–164
7 p. 165
146–161 M. Caes. III 19 p. 51
147 M. Caes. IV 7 p. 63
10 p. 64
V 47–48 p. 78
147–148 M. Caes. IV 5–6 p. 61–63
147–156 M. Caes. V 21 p. 72
59–60 p. 82
67–68 p. 83–84
147–161 M. Caes. III 14 p. 45
V 24 p. 73
39 p. 76
Laudes 2 p. 218
148 M. Caes. IV 11–12 p. 65
148–149 M. Caes. V 45–46 p. 77–78
149–152 M. Caes. V 57–58 p. 81–82
149–155 M. Caes. V 34 p. 74
150–160 Amic. I 27 p. 185

---

toninum, ad L. Verum, ad Pium ordinem temporis diligenter observatum esse et Frontonem ultra annum 175 vixisse; P. B. Watson, Marcus Aurelius Antoninus, London 1884; H. Jüttner, De Polemonis rhetoris vita operibus arte, Vratislaviae 1898 (Breslauer Philol. Abhandl. VIII 1); C. Brakman, Frontoniana II, Traiecti ad Rhenum 1902, 24–42; Dorothy Brock, Studies in Fronto and his Age, Cambridge 1911, 332–336; C. R. Haines, On the Chronology of the Fronto Correspondence, Class. Quart. 8, 1914, 111–120, sed in editione (1919–1920) sententiam saepius mutavit; R. Hanslik, Fronto und Herodes Atticus, Opusc. philol. d. kath. Philologenvereines 6, 1934, 26–35; idem, Die Anordnung der Briefsammlung Frontos, Commentat. Vindob. 1, 1935, 21–47; A. Birley, Marcus Aurelius, London 1966 (Mark Aurel, München [2]1977); T. D. Barnes, Philostratus and Gordian, Latomus 27, 1968, 581–586; C. W. Bowersock, Greek Sophists in the Roman Empire, Oxford 1969, 92–100; 124–126; E. Champlin, The Chronology of Fronto, Journ. of Roman Stud. 64, 1974, 136–159; idem, Fronto and Antonine Rome, Cambridge (Mass.)–London 1980, 130–136; Maria L. Astarita, Questioni di cronologia frontoniana, Koinonia 2, 1978, 7–42; P. Cugusi, Evoluzione e forme dell'epistolografia latina, Roma 1983, 240sqq.; W. Ameling, Herodes Atticus II, Hildesheim 1983.

COMPARANTVR EDITIONES PRIORES

Haines I	Nova editio	Haines I	Nova editio	Haines I	Nova editio
p. 1–12	p. 56–59	144	31	214–218	67–68
12–14	44	144–146	32	218	77
14–16	44–45	146	32	218–222	45–47
18–20	42	146–150	32–33	224	74
20–30	250–255	150–152	34	224	74–75
30–32	249–250	152	34–35	224	83
32–34	40	152–154	35	226	83
34–38	40–42	154	35	226	75
38–44	215–217	154–162	10–13	226–228	164
44–48	217–220	162–168	13–16	228	165
50	43	168–170	16–17	228–230	77
52	43	170	51	230	78
52	35	172	51–52	232	78
52–54	85	172–174	52	232–234	79
54–58	241–242	174–176	60–61	234	79
58–62	36	178–180	61–62	234–236	79
62–66	36–38	180–182	62–63	236–238	166–167
66	38	184	63	238	79–80
66–68	38	184–186	63–64	240	80
68–70	39	186	85	240–242	80–81
70–74	53–54	186–188	64	242	81
74–78	54–56	188	64	244	81
78–80	51	188	69	244–246	82
80	1	188	70	246	82
80–82	1–2	190	70	248	82
82–90	2–5	190	70–71	248	83
90–96	5–8	192	71–72	250	83
96–98	8–9	192	72	250	84
100	47	194	73	252	84
100–102	47–48	194–196	72	252–254	84
104–106	49–50	196	72–73	254–258	162–164
106–108	50	196–198	73	258–260	165–166
108–112	24–25	198	73	260–262	164
112–114	25–26	198	74	262–264	168
116	28	200	74	264–268	242–243
116–118	29–30	202	65	268–278	244–248
118–124	17–21	202–208	65–67	278–282	172–173
126	161	208	77	282	188
126–128	161–162	210	75	282–286	170–171
128–130	27	210	75–76	286–288	171
130–136	21–24	212	76	288–290	174
136–140	28–29	212	76	290–292	174–175
140	29	212–214	76	292–294	199–200
140–144	30–31	214	76–77	294–296	114–115

Haines I	Nova editio
296–300	115–116
300–302	105
302–304	105–106
304–306	114
306	117
306	187
308	187
308	187–188

Haines II	Nova editio
p. 2	p. 226
2–4	226–227
4–18	227–233
18	234
20–30	220–226
30–32	86
32–46	86–91
46–52	133–135
52–70	135–144
70–72	146
72–80	146–150
80–84	151–152

Haines II	Nova editio
84–86	109–110
86–88	177–178
88–90	180–181
90	181
90–92	181
92–94	182–183
94–96	95
96–98	95–96
98–100	179–180
100–114	153–160
116–118	107–108
118–120	91–92
120–122	92
122–126	92–94
126–128	94
128	103
128–150	118–132
150–156	110–111
156	103–104
156–158	104
158–168	96–101
168–170	176
170–172	178–179

Haines II	Nova editio
174	179
174	189
176–186	189–197
188–190	197–198
190	176–177
190–192	175–176
192–194	183–184
194–196	108–109
196–198	202
198–218	202–214
218	102
220	102
220–222	235
222–232	235–240
232–234	113
234–236	113–114
236	109
238–240	111–112
240	177
242	177
242–244	184
244	185
244–246	185–186

Editio an. 1954	Nova editio
Ad M. Caes. I 8	II 1
I 9	II 2
I 10	II 3
II 1	II 4
II 2	II 5
II 3	II 6
II 4	II 7
II 5	II 8
II 6	II 9
II 7	II 10
II 8	II 11
II 9	II 12
II 10	II 13
II 11	II 14
II 12	II 15
II 13	II 16
II 14	II 17
II 15	II 18
II 16	II 19
Ad Antonium Imp.	
II 4 et 5	II 4
II 6 et 7	II 5
II 8	II 6

Editio an. 1954	Nova editio
II 9	II 7
II 10	II 8
II 11	II 9
III 4 et 5	III 4
III 6	III 5
III 7 et 8	III 6
III 9	III 7
III 10	III 8
III 11	III 9
Ad Verum Imp.	
I 1	I 10
I 2	I 11
I 3	I 12
I 4	I 13
II 2	I 1
II 3	I 2
II 4	I 3
II 5	I 4
II 6	I 5
II 7	I 6
II 8	I 7
II 9	I 8
II 10	I 9